

K 2156



Va. 175
Q



SUBSIDIO
CHARITATIVO NOBILITATIS
IMMEDIATAE.



COMPARATIONIS HISTORICO CRITICAE
DE
STURDIO
CHARITATIVO NOBILITATIS
A. E. C. FERREAE ADUO PARRICIDAE
DE
STURDIO CHARITATIVO NOBILITATIS
IMPERIALE
AUCTORE
HISTO CHRISTOPHORO LEIST

NOBILITATIS
DE



COMMENTATIONIS HISTORICO - IURIDICAE
DE
SUBSIDIO
CHARITATIVO NOBILITATIS
S. R. I. LIBERAE ATQUE IMMEDIATAE

PARS PRIMA.

AUCTORE
IUSTO CHRISTOPHORO LEIST
IURIS UTRISQUE DOCTORE.

Hac casti maneant in religione nepotes.
Vivg.

GOTTINGAE,
typis IOANNIS GEORGII ROSENBUSCH
Acad. Typogr.



COMMENTATIONES HISTORICO-NATURALIAE
DE
REPTIBUS
CHARITATIVO-NOBILITATIS
ANNILO RUDOLPHO LIST

HAERLE
PARS PRIMA
TRACTATUS HISTORICUS BIOTICUS



GOTTINGEN
PUBL. VON
H. J. G. S.



PATRI OPTIMO
ARNOLDO RUDOLPHO LEIST

MAGNAE BRITANNIAE REGIS ET ELECTORIS
BRUNSVICO-LUNEBURGENSIS

PRAEFECTO EBSTORFIENSIS DIOECESIS

HANCCE COMMENTATIONEM

D. D. D.

filius obedientissimus
AUCTOR.

VATRE OPTIMO

ANNONDO RUDOLPHO TITIO

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



L E C T O R I.

Quamquam, quum subsidii charitativi historiam detexere apud animum nostrum constitueremus, I. D. KOELERI diligentiam in eodem argumento tractando iamdudum *) versatam, satis perspectam haberemus; tamen, penitius in argumenti huius familiaritatem nos insinuantibus, tantum abest, ut haec res scrupulum iniecerit, ut potius pro spicilegio nobis, pro rei dignitate rem adgressuris, largissimam messem oblatum iri, facile praevideremus. Etenim, quam bene multa ille prorsus neglexerit, quam parum accurate et distincte alia tradiderit, — cuius rei vel hoc satis idoneum documentum esse arbitror, quod nexum inter nobilium immediatorum ordinumque imperii ius publicum nequidem animadvertit: — quam multa denique ne attingere quidem potuerit, quum multis, quibus res unice illustranda atque ad ambitum, quem postularet, perducenda erat, destitutus esset subsidiis; haec quidem, et ipsam rem satis docere, iisdemque hac nostra
com-

*) I. D. KOELERI diss. hist. de ortu et progressu subsidii charitativi imperatori ab ordine equestri immed. in necessitatibus publicis praestiti. Altorfii 1728. 4.

commentatione fidem adstructam absque ulla arrogan-
tiae specie pronuntiare licet.

Quae quum ita sint, ecquis tandem tam malevolus
erga nosmet inveniatur animo, qui supervacaneum om-
nino laborem nos suscepisse actumque plane agere, nobis
oblateret, quis tam iniqui, aut, ne quid gravius dicam,
tam parum in his rebus exercitati iudicii, qui hoc argu-
mentum iam exhaustum omnemque nobis de eo bene me-
rendi laudem iam praereptam statuat? A qua quidem prae-
concepta opinione discessuros eos confidimus, qui nostram
dissertationem cum KOELERIANA contendere non grava-
buntur.

Ceterum, fines, quibus fere eiusmodi commentatio
academica circumscripta est, hac ipsa iam satis dila-
tatos, ulterius proferre animus non fuit: reliquam igitur
partem, qua subsidii charitativi historia ad nostra
usque tempora perducetur, tum demum absolvemus, ubi
ex itinere litterario, quod iamiam meditamur, reversis
honesto otio frui continget.

§. I.

Quicumque vicissitudines, quibus in Germania res militaris fuit obnoxia, persecutus atque perscrutatus est, non poterit facere, quin nobis, momentosam ejus mutationem, magnarum rei tributariae commutationum semper fuisse causam, contendentibus, adsentiatur. Quantopere systema vectigalium tempore heribanni ab eo, quod, militia feudali introducta, erat receptum, differebat, et quantopere hoc recebat ab illo, milite mercenario substituto! Nonne etiam tributa eo tempore, quo omnes nobiles et ingenui praediorum possessores ad heribannum, quoties re vera pro patriae defensione ac conservatione erat pugnandum, obstricti, se, evocatione facta, cum comite duci sistebant, seque per tres menses propriis sumtibus sustentabant, omnia ad bellum ducendum necessaria subministrantes, peculiarem formam habere debebant? Quum autem heribanni auctoritas et propter ducum ac

A

comi-

comitum officia hereditaria reddita, et magnam eorum potentiam, et maiorem honorem dignitatemque servitiis feudalibus concessam, paulatim imminuta esset, ita ut tam in privatis, quam imperii bellis militia feudalibus adhiberetur: necesse quoque fuit, ut prorsus alia suborirentur tributa. Quamquam Germaniae principes longe ante saeculum decimum quintum praeter vasallorum militiam, milite mercenario interdum utebantur, quo melius consilia maioris sibi comparandae auctoritatis, adsequerentur, in bellis tamen imperii usque ad illud tempus, exercitum feudalem in usu fuisse constat.

§. 2.

Quo autem Saeculo militia feudalibus propter multa et varia cum ea coniuncta incommoda insignes experta est mutationes, quae, uti videbimus, non leve in tributa imperii habebant momentum.

Pulvis pyrius saeculo decimo quarto inventus, aut, si hoc statuere nolis, frequentior eius inde ab altera parte istius saeculi in bellis usus, bombardae telaque iaculatoria adhibita, grave feudali militiae intulerant vulnus. Nobiles haec inventa, contra quae propria virtute nihil efficere valerent, et quorum ope ignavissimus quisque etiam fortissimum vincere posset, detestantes, ad bella imperii non aequae proclives erant atque olim, sed magis magisque servitia feudalia detrectare conabantur. Maximae iam difficultatis res erat exercitum feudalem convocare, imprimis si in remotas erat eundem provincias. Nonnunquam autem evenit, ut ingens vasallorum contra hos-

tem

tem eductorum pars, expeditione haudquaquam finita, propter alimentorum defectum; aut alias causas, domum reverteretur, belli exitum parum curans. Summum feudalis exercitus robur equitatu nitebatur; peditatus contra, magnam partem, e rusticis compositus, numero parvus et exiguus, armis non satis instructus nec iis bene erat versatus. Nemo autem, pedites exercitus esse nervum, omniaque fere ab iis pendere, nescit. Nonne Romani suis legionibus, quarum summum robur copiae pedestres constituebant, plurimas easque gravissimas debebant victorias? Nonne postea barbari, apud quos pedites plus valebant equitibus, Romanos, qui majorum institutum propter mollitiem abrogaverant, numerosumque equitatum peditatum substituerant, vincebant? Germani quoque a pristina consuetudine pedetentim recesserant. Nobilium luxus, pompae atque ostentationis amor, torneamentis mirifice auctus, copiis pedestribus omnem honorem, dignitatem atque auctoritatem ademerat, et immobilem ac ponderosa armatura tectum equitatum introduxerat.

Qua in conditione diu res forsàn mansisset, nisi imperatorem Sigismundum de quadam exercitus imperii transformatione cogitare necessitas compulisset. Hic igitur primus opus inchoavit, quod a subsequentibus imperatoribus continuatum atque tandem confectum est.

§. 5.

Hussitae, Wenceslao, Bohemiae rege, mortuo, Sigismundum, cui jus succedendi erat delatum, regem agnoscere

nolebant, mortis Hussii auctorem reputantes. Statim igitur hostiliter agebant, Pragamque occupabant. Sigismundus, neque copiis repente collectis, neque aliis, quibus utebatur, praesidiis, quidquam contra eos pollebat. Imo vero numerus eorum in dies crescebat, viresque augebantur, ita ut imperator maximo adficeretur terrore. Quas in angustias adducto, ad debellandos victoriosos illos, fortes, ac bene exercitatos Hussitas, qui peditatu plurimum efficiebant, optimum visum est, exercitum imperii e mercenariis militibus componere, quo plus, quam militia ista feudali effectum iri, sibi persuadebat. Verum enim vero, novis prorsus subsidiis, ut hocce militare institutum ad effectum perduceretur, opus erat. Quapropter totius negotii cardo iam in eo vertebatur: unde pecunia, quae ad conducendos et sustentandos hos milites requireretur, esset sumenda? A Caesaris reditibus nullum auxilium erat sperandum. Etenim reditus, qui isti periodo superfuert, in qua principes alique, quantum unquam fieri poterat, imperatoris bona domanialia atque regalia occupaverant, non magni erant momenti; ad quorum etiam diminutionem nonnulli posteriorum imperatorum, ut Carolus IV, Wenceslaus et Rupertus pro virili contulerant. Alia itaque ratio erat ineunda. Sigismundus tutissimum ad magnam pecuniae summam consequendam praesidium duxit tributum, quod ad *omnes Germaniae cives, nulla dignitatis, status, aut privilegii habita ratione, pertineret*. In comitiis igitur Norimbergensibus, anno 1422. habitis, statibus novum hocce tributii genus, secundum quod quilibet de omnibus suis bonis,

sive

sive mobilibus, sive immobilibus *centesimum denarium conferret*, proposuit. At, non omnes imperatoris voluntati morent gerebant. Inter eos, qui sese tunc temporis huic vectigali praecipue opposuere, eminent civitates imperiales, quae, ne conditio bonorum per tributum tali modo institutum principibus indicaretur, verebantur. Quamquam imperator sine exciderat, tamen ab ordinibus imperii, ut bellum contra illos seditiosos Hussitas decerneretur, impetrabat. Et, quo feliciori successu bellum gereretur, formula quaedam, *Matricula* nominata, concipiebatur, qua, quot pedites et equites quisque imperii status exhiberet, determinabatur *a*).

Etiam tales in hac matricula inveniri consignatos, qui posterioribus temporibus voto ac sessione in comitiis non sunt gavisi, mirari non debemus. Eiusmodi enim res in subsequentibus quoque matriculis nonnumquam occurrunt. Nondum tam adcurate definitum erat, quis status esset nec ne.

Multum sane matricula contulit, ut res militaris aliam indueret formam. Ex illo enim tempore imperii exercitus magis magisque e mercenariis militibus compositus adparebat.

Ordi-

a) cf. Neue Sammlung der Reichsabschiede von 1747. Th. I. p. 117. "Anschlag des täglichen Krieges zu Beheim von den Kurfürsten, geistlich und werntlich, Grafen, Eppten, Praelaten, Herren, Rittern und Steten zu dem heiligen Reich gehörig, begriffen und gemacht zu Nürnberg anno 1422." Antiquissima haec igitur est matricula, nec ea de anno 1431., uti DATT lib. I. cap. 24. pag. 169. de pace publica et PFEFFINGERUS in Vitriario illustrato lib. I. tit. 12. §. 3. pag. 100f. pluresque alii adserunt.

Ordines enim imperii, quibus in matriculis copiarum numerus adscriptus erat, aut milites, quos ipsi maximam partem conducebant, exhibuere, aut pro singulo milite determinatam pecuniae symbolam, qua alii possent comparari solverunt. Celerius sine dubio mutatio rei militaris peracta fuisset, si illud vectigal, quod hunc in finem comitia, uti §. seq. videbimus, decernebant, prospere evenisset.

§. 4.

Belli adversus Hussitas aequae infelix, atque olim, erat successus. Germanorum arma cum adversa semper conflictabantur fortuna. Papae Martini V. Cardinalis, Henricus de Winchester, ne ab istis Bohemicis seditionibus romanae ecclesiae irreparabile exoriretur damnum, veritus, praecipuam igitur in eo collocabat operam, ut ordines imperii ad nova convenirent comitia, in quibus, qua ratione, quibusque praesidiis haereticorum illorum impetus optime retardari posset, diligenter perpenderent.

In comitiis a. 1427. Francofurti eam ob causam habitis, Fridericus, elector Brandenburgensis, prae ceteris principibus curam huius rei gerebat. Veram ac genuinam omnis infortunii causam in exercitu imperii ipso esse quaerendam pronuntiabat; nisi magnus isque e militibus bene exercitatis compositus exercitus conscriberetur, nihil quidquam contra Hussitas effectum iri. Quum vero ad hanc rem perficiendam magna pecuniae summa opus sit, optimum sibi videri, ea, quae paucos ante annos ab imperatore in comitiis proposita essent, quibusdam

busdam tantum factis mutationibus, accipere. Deliberationibus finitis, vectigal imperiale, sub nomine *communis denarii*, imponere ordines statuerunt, *cui non cives et rustici solum, sed electores etiam, principes, cum seculares tum ecclesiastici, praelati, comites ceterique nobiles, civitates imperiales non minus quam provinciales sese subicerent* b). Nulli autem, quod e propriis bonis praestiterat, per subcollectionem a subditis suis ullo modo repetere licebat, ne duplex his incumberet onus. Ratio, quam imperator statusque in tributo indicendo amplectebantur, sic erat comparata, ut quisque, quindecim annos natus, facultatibus ducentos florenos aequiparantibus haud praeditus, unum *blaphartum* (VI. nummos argentoratenses); plus, usque ad mille florenos possidens, dimidiam floreni partem; maioribus autem opibus potens unum semper penderet florenum c). Praeterea, multos amore dei religionisque christianae

b) vid. N. Sammlung d. R. A. Th. I. p. 124. n. 5. Primam communis denarii ordinationem in comitiis Norimbergensibus a. 1427, conditam esse, ex ipso recessu patet; quo ergo nonnulli tam veterum quam recentiorum scriptorum, qui a. 1431. in comitiis Norimbergensibus hoc vectigal primum impositum esse, sibi persuasum habent, refelluntur. Sequentes scriptores de communi denario in consilium sunt adhibendi: DATT de pace publ. lib. III. c. 4. 5. 6. 7. 8. PFEFFINGERI Vitriarius illustratus lib. III. p. 368. n. a. MAIERI teutsches weltliches Staatsrecht B. II. p. 278. sq. et IOH. HEN. LANGIUS, vir amicitia mihi iunctus, qui in libro: Historische Entwicklung der teutschen Steuerverfassung 1793. p. 185 et sq. omnium optime huius tributi rationem atque indolem demonstravit.

c) v. N. Samml. d. R. A. Th. I. p. 122. §. 46.

stiānae et ad māiorem consequēdam indulgentiam, paulo plus quam ordinatum esset, daturus esse sperabant. Omnis quae colligeretur pecunia, tam ad conducendos atque sustentandos milites, quam ad reliquas in bellum faciendas impensas, destinabatur. Et, quo meliore ordine omnia procederent, ab electoribus imperiique civitatibus nonnulli, Norimbergae degentes, erant denominati, qui totum negotium regerent ac moderarentur.

Egregie sane haec excogitata ac constituta erant. At, quam parum eventus consilio respondit! Principes ipsi inter eos, qui praecipue cunctabantur, qui omnium minime recessu obtemperabant, iure meritoque referuntur. Modo hic, se comitiis non adfuisse, neque in illud vectigal consensisse, causabatur; modo ille, quem suffragii in comitiis lati poenitebat, solutionem, alias praetexendo causas declinabat. Ut paucis dicam: maiori principum parti hoc tributum ex propriis bonis praestandum, nimis periculosum libertati videbatur. Semel dato exemplo, ne in posterum eiusmodi exactiones saepius, nec tanta moderatione, repeterentur, verebantur. Secundum matriculam milites exhibere malebant.

Licet iis urbibus, in quibus e recessus sanctione pecunia adservanda erat, ex hac illave Germaniae provincia non exiguae collationes perlatae essent, summa tamen pecuniae collectae, cum ea, qua opus erat, quamque imperator obtinere speraverat, comparata, adeo parvi erat momenti, ut omnis expeditio omitteretur. Quatuor post annis (1431.), eodem quidem

dem consilio Norimbergensia comitiâ denuo cominunem denarium, secundum principia iam proposita, imperabant, adeo improspera tamen fortuna, ut imperatori, celeriter Hussitis exercitu occurrere cupienti, ad matriculam rursus esset confugiendum. Status enim, licet iam tunc nonnulli de militum in matricula sibi adsignatorum numero conquererentur, magis tributo secundum matriculam, quam communi denario saebant, hanc in primis ob causam, quia in illo ius subcollectandi exercere conabantur, quod vero in hoc nullum inveniebat locum.

§. 5.

Quemadmodum Hussitae sub Sigismundo, ut a Germanis nova tributa exigenterentur, effecerant, ita sub Friderico III. Turcae, saepe ea repetendi simulque augendi, occasionem per longam annorum seriem praebebant. Novis semper ad Turcas, qui domui Austriacae, ecclesiaeque romanae in dies magis formidabiles evadabant, repellendos, opus erat auxiliis. Comitiam igitur modo secundum matriculam milites exhiberi iubebant *d*); modo communem denarium, forma tamen a pristina admodum discrepante, indicebant *e*); modo ordinibus
impe-

d) Vid. Matriculam de a. 1467. in comitiis Norimbergensibus confectam, quae exstat in N. Samml. d. R. A. Th. I. p. 219.

e) Comitiam Ratisbonensiam a. 1471. denuo communem denarium et quidem ad bellum contra Turcas adhibuerunt, ita tamen, ut ratio eius prorsus aliis niteretur fundamentis. Ditiore iam magis, quam olim premebat. Omnium enim gultarum, censuum, redituum, usu-

imperii subsidium pecuniarium secundum matriculam quam imponebant *f*). Ne multa; nil intentatum imperator simulque papa, quo Germanorum marsupia exenterare possent, liquerunt.

Numquam autem imperator plene voti compos fiebat; quaelibet enim tributorum exactio magnis cum difficultatibus erat coniuncta; obstacula ab omni fere parte aderant. Principes bona sua camera ab oneribus, quantum fieri poterat, eximi cupientes, tributa secundum matriculam communi denario longe praeferebant, eamque ob rationem, quoties necessitas hunc indici requireret, morosi erant *g*). Similiter ci-

vitarumque — sorte viginti quinque florenorum, gultam unius floreni equiparante — annuatim decimus nummus erat solvendus, ita ut e mille florenis unus armatus eques, vel duo idonei pedites per annum conscribi atque sustentari deberent. cf. N. Samml. d. R. A. Th. I. p. 230. §. 3. et p. 231. §. 4. Prospero vero successu vectigal non gaudebat. Nonnullis praeterlapsis annis iterum in comitiis Augustanis A. 1474. secundum eandem normam, haud meliore tamen propemodum fortuna, indicebatur.

f) FRIDERICUS infortunato communis denarii exitu deterritus, ab Augustanis inde comitiis usque ad mortem, unico excepto casu, (cf. N. Samml. d. R. A. Th. I. p. 294.) nullum porro eius fecit periculum, sed per modum matriculae aut milites aut pecuniam consequi conatus est. Sic e. g. a. 1486. in comitiis Francofurtensibus et iis, quae a. 1487. Norimbergae sunt celebrata, matriculae delineabantur, secundum quas quisque imperii status certam pecuniae symbolam conferre debebat. Francofurtensis matricula efficiebat summam 527,900 florenorum. v. N. Samml. d. R. A., Th. I. p. 273.

g) Principes secundum matriculam copias exhibere aut pecuniam pendere

vitates imperiales interdum communi denario non favebant, secundum matriculam potius contribuere desiderantes: nunc autem, hoc facto, aut impositam adaerationem aut militum numerum, quos sistere iuberentur, vires nimis superare, optendebant *h*.

§. 6.

Quum iam breviter quidem, sed satis copiose, si consilium nostrum spectas, quaenam mutatio rei militaris et quas

obdere omni tempore maluere, quam communi sese subicere denario, et hanc potissimum, ut mihi quidem videtur, ob causam, quia ipsis, a matricularum prope origine, maximam horum onerum partem in subditos devolvere, contigit, quod initio fortasse usurpative, mox tamen legaliter factum est; quum contra communem denarium bona cameraia principum e legum sanctione aequae ac subditorum facultates deberent sustinere. Haudquaquam quidem vulgaris doctorum iuris publici doctrina, quae saeculo decimo sexto demum, per recessum de a. 1530. aliosque, ordinibus imperii ius subcollectandi concessum esse statuit, cum adserto meo convenit; sed, re diu multumque perpensa, omnibus antiquioribus recessibus eo animo perulustratis, multisque documentis adhibitis, non possum non, illam sententiam solidis fundamentis destitutam declarare. Iam anno 1486. vestigium iuris subcollectandi statibus per legem concessi invenisse arbitror v. N. Samml. d. R. A. Th. I. p. 274. (c) initio. In nota 5. ad §. 14. plura congressi loca, quibus, hoc ius ordinibus longe ante recessum de a. 1530. e legum praescripto competiisse, abunde comprobatur.

h) Cf. MÜLLERI Reichstagstheater unter Fridrich III. Vorstellung V. Cap. 24. p. 529. DATI de pace publ. III. 7. p. 555. LEHMANN'S Speiersche Chronik VIII. 116.

ob rationes contigerit, exposuimus, et momentum, quod in novorum tributorum ortum habuerit, declaravimus, eorumque tam sub Sigismundo, quam Friderico III. progressum indicavimus, ad argumentum ipsum, quod nobis sumimus tractandum, progredi valemus.

In omnibus illis sub Sigismundo et Friderico III. ad bellum contra Hussitas aut Turcas gerendum confectis matriculis, nihil unquam de *omni* nobilitate immediata nobis obvenit. Numquam in iis *omni* ordini equestri immediato militum numerum adscriptum, aut adaerationem esse impositam animadvertimus. In quibusdam tantum, societatis clypei St. Georgii et castrorum imperialium Fridberg et Gelnhausen, nunc cum, nunc sine militum numero, fit mentio; sic in matricula de a. 1431. societas clypei St. Georgii, sed absque onere, occurrit *i*); in ea de a. 1467. inter comites, tam societas modo commemorata, quam castra Fridberg et Gelnhausen cum onere obveniunt, ita ut societas decem equites et viginti pedites, castrum Fridberg similem numerum, castrum vero Gelnhausen quatuor equites et octo pedites exhibere debeant *k*); in iis de annis 1481. et 1489. haec duo tantum castra, sed sine onere, inveniuntur *l*). At, ne ratione horum quidem ex illis momentis aliquid deducere ausim; summa enim negligentia et incuria tunc temporis matriculae conficiebantur *m*).

Simili

i) vid. N. Samml. d. R. A. Th. I. p. 138.

k) l. modo c. Th. I. p. 221.

l) l. c. Th. I. p. 270 et 286.

m) Cf. BURGERMEISTERI status equestris p. 40. "Und wenn schon als
Contri-

Simili ratione in omnibus sub Sigismundo et Friderico conditis imperii recessibus, qui communis denarii ordinationem continent, nullus sese mihi diligenter eos examinanti, obtulit locus, qui nobilium immediatorum specialem inferret mentionem. Omnia alia insuper documenta, quae equidem perscrutatus sum, de pactione a parte imperii cum iis propter communem denarium facta, usque ad Maximiliani I. tempora; prorsus silent.

Non plane itaque mihi, simul ea, quae sub Maximiliano I. acta sunt, perpendenti, eos, quum ne consensum quidem in hocce vectigal rogati essent, quod tamen omnino fieri debuisset (cf. §. 8.) nihil concessisse, sicque plena tributorum imperialium immunitate esse gavisos, incredibile est.

§. 7.

Verum enim vero Maximilianus I., qui aegre ferebat, ordinem equestrem immediatum communibus imperii necessitatibus non subvenire, licet ex regiminis forma maximae in eum redundarent utilitates, summam in id impendit operam, ut etiam eum ad onera suscipienda et ferenda adigeret.

Com-

Contribuenten die besagte Burgleute von Friedberg und Gelnhausen, wie auch die Gesellschaft St. Georgenschildts insgemein in den Matrikeln von 1431 und 1467 sich inserirt finden, so ist doch solches aus lauterem Irrthum, ohne ihr Wissen und Einwilligung geschehen und die angesetzte Summe dem Reiche von denselben niemals erlegt, sondern dieselbe auf beschehenes Remonstriren bey ihrer Immunität gelassen."

Communis denarius, quem plus vice simplici comitia, haudquaquam cum fructu, quem inde expectabant, decreverant, optimum tamen ab hoc imperatore vectigalis genus, tam ad numerosum eumque bene instructum contra Turcas Galliaeque regem comparandum exercitum, quam ad camerale iudicium, quod modo instituebatur, sustentandum, habitus est. Quem igitur in finem in comitiis Wormatiensibus anno 1495. haec per communem denarium contribuendi ratio, a qua nemo, cuiuscunque status, ordinis, conditionis, aut dignitatis esset, exciperetur, in quatuor annos eligebatur, quibus praeterlapsis plane cessaret.

Nobilitatis immediatae primum, quod quidem certo scimus, pluribus locis huius recessus, quominus huic collectae sese subtrahere conaretur, mentionem factam esse invenimus, uti statim adparebit.

Quamnam imperator statusque in tributo imponendo sequuti sint rationem, ipse recessus nos docet.

Quilibet, cuius bona, sive mobilia sive immobilia, quingentos florenos rhenanos pretio aequant, aut cui viginti quinque florenorum gultae reditusque sunt, dimidiam floreni persolvat partem. Minus habentem, quindecim autem annos natum, vigesimam quartam partem floreni conferre oportet. Qui mille florenorum facultates possidet, aut qui annuatim reditus ad summam quinquaginta florenorum accedentes percipit, unum contribuat florenum. Cui majora sunt bona, praeter hunc florenum, quantum amor conservandae religionis christianae

stianae suadeat, pendat *n*). Exactio huius tributi in qualibet parochia a paroco, aliisque integrae fidei personis erat facienda, qui pecuniam collectam commissario in quovis episcopatu constituto, tradebant, qui eam rursus septem thesaurariis, receptoribus et depositariis generalibus, Francofurti degentibus, exhibere tenebatur. In partem electionis septem horum thesaurariorum ordo equestris immediatus erat vocatus, ita ut unus ab imperatore, alter ab electoribus, tertius a principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, quartus a praelatis, quintus a comitibus, *sextus a nobilitate immediata*, septimus denique a civitatibus esset denominandus *o*).

§. 8.

Quum secundum iuris publici genuina principia, a status, qui horum comitorum deliberationibus non interfuerant, nec itaque tributum adprobaverant, nil, nisi prius impertiti essent consensum, exigi poterat, omni vótorum maioriata in materia collectarum exulante, cum absentibus separatim hunc in finem per delegatos esse tractandum, statuebatur. Quamvis ordini equestri immediato numquam ius voti et sessionis in comitiis competiit, quidquid etiam ab iis, qui in contrarias partes abeunt, adferatur *p*), et recessus imperii eum, si rem gene-

n) Vid. N. Samml. d. R. A. Th. II. p. 15. §. 1. et 4.

o) Vid. N. Samml. d. R. A. 1. c. §. 8.

p) Qui ex illa in antiquioribus imperii recessibus saepe occurrente formula dicendi: "in beysein der Ritter und Knechte" ius voti et sessio-

generaliter tantum spectes, aequae ac ceteros germaniae cives devinciunt; inficias tamen ire non possumus, imperatorem atque status in eiusmodi rebus, quae immediate ad illius statum spectant, et praepremis in re tributaria, contra eum, aut omnino non adhibitum, aut tamen non consentientem procedere non posse. Tributa equitibus imperii, tamquam immediatis membris, non aliter quam statibus, sine libera ac voluntaria adprobatione imponi non possunt. Superioribus quidem temporibus haec regula a legislativa potestate, cum in communi denario, tum etiam in tributis secundum matriculam exigendis, observata non esse videtur. Iam vero imperator atque status optimum factu duxere, cum nobilibus immediatis, tamquam

ab-

sessionis in comitiis, equitibus immediatis vindicari posse putant, a recto tramite mihi aberrare videntur, quum phrasid: "*Ritter und Knecht*" de iis haudquaquam unice usurpetur, et tantummodo, toto contextu aliisque momentis suadentibus, ut infra eiusmodi exemplum nobis occurret, sub ea ordo equestri sit intelligendus. Licet hanc illamve nobilitatis immediatae partem ad comitia interdum esse convocatam, ibique quoque comparuisse constet, inde tamen, eam suffragii exercendi causa citatam esse, deliberationibusque ordinariis interfuisse, haud sequitur, quum etiam propter alias rationes vocatio fieri posset, ut e. g. eo fortius ad pacem publicam observandam, de qua actum erat, adstringeretur. Occasione Suevici foederis potissimum factum est, ut nobilitas Clypei St. Georgii saepe in comitiis compareret, ad deliberationes cum praelatis, comitibus civitatibusque foederatis de rebus, quae ad foedus ipsum pertinerent, instituendas. cf. DATZ de pace publ. V. 4. p. 799 et 800. Cui argumenta, quibus ius voti et sessionis nobilitatis immediatae

diatae

absentibus 9), amice de onere suscipiēdo agere, quo res ab hac parte feliciorē exitum nancisceretur. Nonnulli igitur principes, qui cum nobilibus immediatis, per totam Sueviam, Franconiam, Rhēni palatinatū, Brisgoviam, Alsatiam et Ba-

diatae nonnulli demonstrare enisi sunt, legere libet, adeat PEEFINGERI Vitriarium illust. ubi T. IV. tit. I. p. 303. not. b. omnia inveniuntur collecta, quae, si finis tractationis permitteret, facile possent refutari. vid. etiam MÜLLERI Reichstagstheater unter Max. I. Th. I. Vorstell. 2. c. 54. p. 493. sq. et MOSERUM in MADERI Reichsritterschaftlichen Magazin Th. II. p. 122. sq. et p. 174.

- 9) Verba finalia ordinationis de pace publica Wormatiae conditae, quae initium totius recessus facit, sic audiunt: "Hierbey seind gewesen Curfürsten, Fürsten, Prelaten, Grafen, Herren, RITTERSCHAFT — (v. N. Samml. d. R. A. Th. II. p. 6. §. 13.) Nonnulli inde, nobilitatem immediatam non his comitiis solum adfuisse, sed votum etiam in iis tulisse, deducere tentant. In plane contrarias autem abire partes cogor; et quidem primum, quia in illa diata, propter communem denarium cum omni nobilitate immediata esse agendum, statuebatur. Quid autem opus fuisset, peculiare cum ea instituire tractatus, si comitiis interfuisset? Secundo, Suevicorum nobilium deputati, efflagitato communi denario, coram comitiali deputatione hac utebantur excusatione, se quidem, eum esse decretum, audivisse, at nescire, qua ratione et cur? Quomodo autem ita loqui potuissent, si illud adertum veritate niteretur? Cf. hac de DATT de pace publ. V. 4. p. 799. HAEBERLINI Reichshistorie Band IX. p. 49. MOSERI vermischte Nachrichten von Reichsritterschaftlichen Sachen p. 678. Einleitung in die Geschichte der teutschen Reichsabschiede p. 22. §. 7. n. e. vor der N. Samml. der R. A.

variam dispersis, peculiarem facerent pactionem, designabatur r).

§. 9.

Henricus episcopus Herbipolensis, Laurentius episcopus Bambergensis et Fridericus Marchio Brandenburgensis, caesarei commissarii, nobilitatem Franconiae immediatam Schweinfurtum ad conventum equestrem convocarunt, ut cum ea imperatoris statuumque consilium communicarent eamque ad pecuniarias has praestationes, quae non solum contra religionis Christianae inimicum, sed etiam ad pacem publicam magis firmandam ac stabiliendam impenderentur, propensam redderent. Quidquid autem magno numero congregatis equitibus proponerent, quidquid ad eos commovendos tentarent; eventus tamen consilio non respondit. Longas post deliberationes, equites suam sententiam ita aperuere: *se esse liberos Francones et imperii nobiles, omnibus istis statuum tributis haudquaquam onerandos; servitia sua personalia propriis praestita sumtibus, imperatori imperioque plus semper commodi atque utilitatis adtulisse, quam, statuum, quiete in territoriis manentium, pecuniaria subsidia; corpore etiam in posterum, sicuti a proavis factum, imperio se esse servituros, numquam autem pecunia, quare communis denarii exactio-*

nem

r) N. Samml. d. R. A. Th. II. p. 24. §. 19. 20. et 21. DARR de pace publ. III. 6. p. 54r.

nam nullo tempore concessuros. Quam eorum sententiam simulac Maximilianus compertam habebat, ad principem quandam ecclesiasticum litteras, animum commotum satis declarantes, misit, quibus ab eo, ut ipsi consuleret, quid iam esset faciendum, petiit: utrum Franconiae nobiles simul cum Suevicis Nördlingam convocaret, ibique, in consilium vocatis quibusdam principibus, de novo de communi denario cum iis ageret, an, nulla recusationis habita ratione, illico tributum exigi et colligi iuberet?)

Responsio quidem istius principis ad nos non pervenit, sed tamen, si ex eventu hariolari licet, leniorem rationem, amplexus esse et imperatori consuluisse videtur; Suevicam nobilitatem, ad pactionem cum ea separatim ineundam, conscribere, Coram deputatione comitali igitur allegati quatuor partium societatis St. Georgianae in Suevia comparuerunt, et longe aliter, atque Franconici equites fecerant, suum consilium declararunt: se quidem, in comitiis Wormatiensibus communem denarium esse decretum, audivisse; at, *quum ad ea non sint convocati, nescire, cur et quomodo* istud tributum solvatur:

quo

f) Documentum, quod hanc declarationem continet, exhibent, MÜLLER I. S. C. Vorstell. II. c. 77. p. 688. BURGERMEISTERI cod. dipl. T. 2. p. 1335. MADERI R. R. Magazin Th. 3. p. 270. cf. quoque Vertheidigte Freyheit und Unmittelbarkeit der Reichsritterschaft p. 541.

g) Quas litteras videsis apud BURGERMEISTERUM I. C. p. 1336. DATI I. C. p. 542. MADERI I. C. p. 266.

quo cognito esse sententiam, communicaturos, seque certe obediētes subditos fidelesque vasallos, qui se suaque pro imperii salute atque incolumitate devoveant, praestituros *u*). Ad quam declarationem conventus respondit: haud esse moris omnem nobilitatem immediatam ad comitia convocare, sed solummodo nobiles in Hegovia et ad Ortenaviae tractum, quibus quoque litterae convocatoriae perlatae essent *x*). Acta comitiūrum, allegatis, sicuti desideraverant, praeelebantur. Quo facto, apographa, quibus ceteros nobiles certiores facere possent, expetebant simulque, ut etiam eiusmodi exempla capitaneis quatuor tractuum mitterentur, rogabant. In conventu equestri proximo instituendo de re proposita deliberatum iri pollicebantur *y*).

Nobiles Rhenani et Wetteravici exemplum equitum Franconiae imitabantur, et commissario caesareo communem de-

nari-

u) Cf. CASPAR VON LERCH Reichsritterlichen Adels Herkommen und Freyheitsberichts 2ten Grundsatz in BURGERMEISTERI bibliotheca equestri T. I. p. 315. Optandum esset, ut auctor integra acta, consule dieque adiecto, nobis exhibuisset. Cf. DATT de pace publ. p. 543 et p. 799. KOEHLERUS (v. MADERI R. R. Magazin Th. 3. p. 272.) qui LERCHIVM sequutus esse videtur, in inscriptione, quam isti documento dedit, errorem commisit, putans, id excusationem Suevicorum delegatorum ad Franconicos nobiles continere, quum tamen totus contextus aperte doceat, ea, quae in documento prolata sunt, coram deputatione comitali esse peracta. Similiter fere sentit DATT l. c. p. 799. n. 13.

x) Cf. not. 2 ad §. 8. Licet etiam Hegovica et Ortenaviensis nobilitas ad comitia Wormatiensis convocata sit, tamen mihi persuadere nequeo, huius nomine aliquem comitiis adfuisse.

y) Cf. LERCH in BURGERMEISTERI bibl. equest. T. I. p. 316.

narium denegabant, iisdem usi rationibus, quas iam supra au-
 divimus. Quibus negotiis finitis, plures conventus equestres cele-
 brati sunt, in quibus nobiles hanc rem magno ardore agitarunt.
Linturius hac de re ²⁾ ita loquitur: «congregantur denique
 postea in Montanis, in Suevia, in Franconia, an der Rön, No-
 tenwald (lege Odenwald) et alibi iterato, seorsim per districtus
 nobilitares, agitantes negotium impositae stentur a Maximilia-
 no rege Romanorum, et illi sese opposcentes.» ³⁾
 Praecipue autem nobilitati Franconicae curae erat, ne
 tributorum immunitas interiret, quamobrem, ut reliquos equi-
 tes magis magisque contra conclusum imperii incenderet atque
 irritaret, operam navavit quam maximam. Ipsa etiam arctius
 hac occasione coniungebatur; consociationis enim sex pago-
 rum circuli equestris Franconici, exactio huius vectigalis ge-
 nuina causa sine dubio erat. Paulo post a quolibet pago huius
 circuli duo capitanei denominabantur, qui, si quid novi ra-
 tione communis denarii emergeret, convenirent ac delibera-
 rent ^{a)}. Quid? quod, anno 1496. iam capitaneum ab ipso
 circulo constitutum invenimus, cui res summa in hoc negotio
 expediendo erat demandata ^{b)}. Eodem etiam anno, Schwein-
 furti congregatio habita est, de qua *Linturius*, modo lauda-
 tus, ita disserit: «congregantur iterum nobilitares de partibus supe-

²⁾ vide *Pistorii script. rer. Germ. T. 2. p. 106.*

^{a)} *Vertheidigte Freiheit und Unmittelbarkeit &c. Th. I. p. 498.*

^{b)} l. c. p. 499.

superioris Allemanniae per suos capitaneos ad hoc deputatos de quolibet territorio (i. e. districtu), contradicentes regi Romanorum, nec volentes impositam dare steuram.» Inre meritoque igitur, communem denarium, ut circulus Franconicus, talis, qualem adspicimus, coaucterit, effecisse, statui potest; quod de ceteris equestribus circulis praedicari nequit, qui sequenti demum saeculo, partim iniuriis offensionibusque a principibus praecipue illatis, partim Caesareae voluntati ortum debent.

Tandem, auctore etiam potissimum nobilitate Franconica, Culmbaci anno 1496. conventus maximi momenti, dum arctiori coniunctioni omnium equitum ansam praebebat, est institutus, in quo, Franconicae, Suevicae et Rhenanae nobilitates congregatae, se nullo modo illi vectigali sese subiecturas, sed quavis ratione et conditione pristinam libertatem esse defensuras, communi suffragio resolvebant c).

Quae quum ita sint, Maximilianus, cui id genus res statim innotescebant, spe ab equitibus immediatis non exiguum ad communes necessitates nanciscendi subsidium, se orbatum animadvertit; quod tamen non tantopere curasset, si modo principes, quos aliis exemplo praeire oportebat, civitatesque imperiales eo officiosiores et obedientiores in solutione se praebuissent. At enim, non principes solum, quibus ex Wormatiensium comitiorum sanctione suos vicinosque ad communem denarium praestandum impellere et incitare incumberebat, segnius agebant, de quo imperator graviter nonnumquam con-

c) cf. Darr de pace publ. p. 543. n. 15.

conquereretur, sed civitates etiam maxime cunctabantur. Nam finitis comitiis, Spiram convenerunt, et ibi, collectionem vectigalis usque ad comitia proxima, Francofurti habenda, remorari, eo consilio, ut ordinationem in publicae pacis tuitionem Wormatiæ factam, ad effectum perductam viderent, decreverunt. Qua de re, illis comitiis impeditis, a quibusdam tantummodo civitatibus, reliquis illi concluso inhaerentibus, comitiisque Lindaviensia expectantibus, tributum pensum est d).

§. 10.

Status imperii, quamvis communi denario non favebant, sed iniquissimum et pessimum genus tributi, quod esset abrogandum, habebant, hucusque tamen *tali ratione et tam vehementer, quam hac vice a nobilibus immediatis factum esse legimus*, numquam se opposuerant. Quales ante Wormatiensium comitiarum tempora recessibus imperii hoc tributum imperantibus, nobiles se praestiterint, manifeste nobis haud liquet, quum documenta ea tempora silentio praetereant nihilque nobis de ea re referant, etiamsi potius, eos dicto non fuisse obedientes, ut iam supra §. 6. docui, staturerem. Quænam autem erant causæ, quæ equites, ut hoc tempore *ita* procederent, potissimum commovebant atque incitabant? — Licet ante Wormatiensia comitia ab iis communis denarius efflagitatus esset, numquam tamen tanto ardore tantoque studio id actum fuisse videtur. Peculiariter cum iis impera-

d) DATT l. c. p. 544. HÄBERLINS Reichshistorie Th. IX. p. 66.

perator atque status verisimiliter haud legerant, neque eorum consensum expetiverant. Secundum Wormatiensem autem recessum res longe aliter procedebat. Valde opportunum igitur temporis momentum, immunitatem a collectis, qua se hucusque gavisos esse contendebant, pristinamque libertatem defendendi, aderat. Ni iam, quum imperator et status delegati omni opera consensum iis extorquere conarentur, magna vehementia magnaque gravitate contradicerent, actum de immunitate esse arbitrabantur. Obsequium propter futura tempora maxime periculosum videbatur. Nulla ratione rogationi deferre, quam sub conditionibus consentire, prudentiae magis convenire sibi persuadebant. Mutuae relationes, iura et obligationes hoc tempore magis determinabantur, omnia certiora evadebant; quaelibet itaque pars se in possessione eorum iurium, quae sibi competere existimabat, tueri ac defendere summopere studebat.

Licet equitibus olim servitia feudalia in commodum imperii praestanda nonnumquam odiosa essent, iique ea detrectarent, tamen, novo plane rerum ordine introducto, bellis privatis prohibitis, et sub magna poena coercitis, omnibus discordiis litigiisque non amplius armorum vi atque potentia, sed secundum rationum pondus per summi imperii tribunalis sententias dirimendis, ad veterem statum reverti concupiebant, hac ratione crebriorem occasionem armis utendi virtutemque alendi sese nactos esse putantes. Non poterat itaque fieri, quin se tali instituto, nimirum pecuniariis praestationibus, quae omnem animum bellicosum extinguere

guere videbantur, inimicissimos declararent. Imperator eos adeo constanter et firmiter consilio inhaerentes videns, paululum destitit; nihil amplius contra eos tentans, partim fortasse metu, ne magnus eorum numerus, confederatione coniunctus, de qua LINTURUS supra l. profert: «Et quamquam dicebant, se velle pugnare contra infideles, *tamen diabolicum latebat venenum sub melle: erant namque in una confederatione decem millia nobilitarium et ultra, qui singuli cum duobus equis conscribebantur, praeter principes qui ipsis adhaerebant*», ipsi noceret, partim, quia etiam status, illos invitos ad communis denarii solutionem adigi nolebant.

§. II.

Ad comitia usque Friburgi habita, Maximilianus equitum immediatorum plane oblitus esse videbatur, nihil contra eos intra illud temporis spatium molitus. At tanto maiore ardore interea obstacula, quae a ceteris partibus executionem Wormatiensis recessus remorabantur, remove studuit. Variis utebatur praesidiis, quibus Germaniae cives ad solutionem commoveret: modo hortabatur ac commonebat; modo commissarios per omnem Germaniam instructos mandatis comminationum plenis e), quibus terrorem iniicere sperabat, misit.

e) In mandatis haec de contumacibus praedicantur: "dass sie ungehorsame Verächter und Uebelträter seyen, so zu Zerstörung, Abgang, Vertilgung unsers heiligen Vater Pabsts, der heiligen Christen-

sit. Nec in comitiis, illa Wormatiæ celebrata, excipientibus, hæc res silentio prætermissa. Sic, ut unum exemplum proferam, initium recessus Wormatiensis de anno 1497. ita audit: «*Communem denarium esse magnum idque perpetuum auxilium, eum esse radicem, nervum ac fundamentum pacis publicæ; eo niti instituta, quæ eo tenderent, ut iustitia administraretur; absque eo nihil agi et perfici posse f*).

Verum enim vero, quum comitia Friburgensia g), in quibus cardo deliberationis, uti iam moris erat, in eo vertebatur, quibusnam mediis communis denarius toties decretus, toties promissus, et nondum tamen, ut oporteret, inlatus, exigeretur, quomodo contumaces essent coercendi, qua ratione pax publica stabiliretur, qua via Turcis optime posset resisti, haberentur; imperatori absentem in mentem venit, denuo a nobilibus immediatis subsidium petendi periculum facere. Ordinibus igitur congregatis inter alia negotia, id quoque expedi-

diendigkeit, unser und des heiligen Reichs Ehren und Glauben aus eigener Bosheit und listiger Verläugnng ihrer Seelen, Ehren, und Glimpfs vergessen haben." Contumaces a commissariis sub hisce encomiis omnibus depingantur; "auf daß männiglich dieselben vor solch Personen halt, und sich vor ihren falschen vergifteten Handlungen hüte, und nicht böß Beyspiel darob nehmen mag." vide DATI de pace publ. III. 6. p. 549.

f) cf. N. Samml. d. R. A. Th. 2. p. 35 et p. 30. §. 1, in f. DATI. l. c. III. 7. p. 555.

g) Comitia Friburgensia a. 1497. inceperunt, quamquam alii aliter e. g. MÜLLER im Reichstags-theater unter Max. I. P. 2. Vorstell. 4. p. 156. Sed vide HARPPRECHTS Staatsarchiv des Cammergerichts Th. II. p. 308-390. n. III.

diendum per litteras mandavit, ut cum nobilibus Francobnicis, Ortenavicis, Wetteravicis, Craichgoviensibus reliquisque itinerum de communi denario agerent. Quod autem rescribent, voto eius responderere non poterat. Optime se quidem scire, dicebant, omnes de pace publica, iudicio camerali aliisque rebus cum illis connexis deliberationes irritas esse, usquedum communis denarius prospero successu gaudeat, sed nihilominus omnes cum nobilibus immediatis propter communitatem denarium habendos tractatus prorsus inutiles, supervacaneos et quovis felici eventu destitutos, qui sine ullo dubio rei, quam iamiam moliretur, magis nocivi quam proficui evaderent, habere. Qua enim ratione nobiles, qui tribus abhinc annis tam difficiles atque obstinaces se praebuissent, compellerentur, quum *status ipsi* aut moram pensioni huius vectigalis necterent, aut ei ad sensum, plane denegarent? Facillime nova inde foedera, novasque consociationes in magnum non imperatoris solum, sed imperii etiam praeiudicium, oriri posse h). — Idcirco verisimiliter status apud imperatorem nobilium causam dicebant, ne illud principium everteretur: *ab omnibus immediatis imperii membris, tributa non aliter, quam si sponte consentiant, exigi posse*. Verebantur enim, ne

h) cf. HARPPRECHT l. c. Th. 2. pag. 319 et 323. In responsione haec verba occurrunt: "da selbst die merklichen Stände noch säumig wären." MOSERUS ea ita interpretatur: "da selbst die wirklichen Stände &c. vide Vermischte Nachrichten von Reichsritterschaft. Sachen p. 654. §. 4.

ne olim arma, quibus contra nobiles esset pugnatum, in semet ipsos torquerentur.

§. 12.

Communis denarius, quadriennio elapso, in quod anno 1495. Wormatiae imperator sibi eum tantum stipulatus erat, cessare debuisset. At enim, quum exigua admodum pars in stationes esset redacta, ita, ut pecunia parata ne iis quidem consiliis, quorum gratia erat exacta, sufficeret, nedum novis necessitatibus inservire valeret; anno 1500., quia ingenti denuo pecuniae summa ad bellum contra Turcas gerendum opus erat, in comitiis Augustanis *l)* communis denarius, diversa tamen adhibita ratione, quia vitis prioris infelicem successum imputabant, in sex annos est indictus, quo tamen nullius libertati atque immunitati in posterum ullum damnum praeiudiciumve oriretur *k)*. Iam autem nobis est ad animadvertendum, quid nobiles immediati

supe-

l) Comitía Augustana etiam hoc respectu memoratu sunt digna, quod ibi ex praecipuis imperii membris regimentum imperiale, cui in primis tranquillitatis et pacis publicae tuitio, sententiarumque camerarium exsecutio curae esset, constituebatur, et Germania in sex circulos, ut ex iis regimenti membra eligerentur, dividebatur. cf. HEINRICHS Reichsgeschichte Th. 4. p. 698. Versuch einer staatsrechtlichen Theorie von den teutschen Reichskreisen p. 19. §. 16. HARPPRECHT l. s. c. p. 148-151. §§. 196-200. In enarratione circulorum, e quibus membra regimenti imperialis essent eligenda, nobilitatis immediatae Suevicae quoque fit mentio. v. N. Samml. d. R. A. Th. 2. p. 58. §. 8. "Der dritte Kreis begreift — — die Gesellschaft von St. Georgenschild, die Ritterschaft im Hegau."

k) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 60.

superiori sua refragatione et constante renisu effecerint. — Summa hac vice imperator statusque indulgentia, summa erga eos utebantur lenitate.

Liberum eorum consensum necessarium esse, concedebatur. Qua de re, non aliter ac status, qui neque ipsi neque per delegatos comitalibus deliberationibus interfuerant, tractabantur. Sicuti enim ratione statuum absentium, ut regimentum imperii, quod in iisdem comitiis erat constitutum, eos Norimbergam vocaret, conclusa cum iis communicaret, eosque ad eorum executionem proclives facere tentaret, statuabatur *l*); ita etiam cautum legimus, imperatorem imperiale regimentum cum nobilibus Suevicis, Franconicis et Rhenanis seria mente agere velle ac debere, ne suo subsidio huic christianae expeditioni, quae tam ad religionem conservandam, quam ad imperium, a quo tamen propter patrum merita, dignitatem maximamque partem honorum tenebant, tuendum, tenderet, succurrere deessent *m*). —

Ordinatio regimenti, quae de communi denario praecipit, eos a reliquis, tam mediatis quam immediatis imperii membris, sedulo distinguit. Omnibus enim, exceptis tantum nobilibus immediatis, certum quantum praestandum iniungitur. Electorum principumque bonis cameralibus quingentorum equitum
per

l) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 84. §. 47.

m) l. c. p. 84. §. 48. cf. quoque Anmerkungen über das Herzogl. Württemberg. Schreiben ad comitia imperii in p̄cto normativi &c. p. 55.

per annum sustentatio imponitur. Quisque comes, quatuor millium florenorum gultas censusque percipiens, unum equitem annuatim alere debet. — Quadringenos cuiuslibet parochiae, propria bona, sive mobilia, sive immobilia, possidentes, parentibus liberisque unius familiae pro una persona computandis, sumtus, quos pedes per annum facit, suppeditare oportet. — Ab iis autem, gultas, census atque reditus habentibus, sive sint personae singulae, sive morales, de quadraginta florenis, annuatim unus pendatur *n*). — At quam longe diversa ratio, si nobiles immediatos spectamus, placuit! — Nullum determinatum contribuendi modum iis praescriptum invenimus; pio solummodo arbitrio, amori patriae et christianae religionis, quantum contribuere velint, defertur *o*).

§. 15.

n) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 60. §. 37. p. 62. §. 39. pag. 60. §§. 23. 24. 25. 26. 30. 31. 32. 36. et 40.

o) N. Samml. der R. A. l. c. p. 62. §. 48. Verba sic sonant: "auch sollen die Ritter und Knecht des heiligen Reichs, in diesem löblichen christlichem Werck und Fürnehmen als fromme Christenleut aus adlichem Gemüth, Behaltung und Rettung ihrer selbst, Vaterland, Ehr, Leibs und Guts, und zu Widerstand den Ungläubigen und andern Widerwärtigen der Christenheit und des Reichs, nach ihrem Vermögen auch etwas thun. Haudquaquam me fugit, sub phrasi: "Ritter und Knecht des heiligen Reichs" non semper nobilitatem immediatam intelligi posse, ut ipse supra, in not. p. ad §. 8. animadverti, sed totus nexus aliaque causae interpretationi, quam in textu dedi, favent. In l. modo l, qui de tractatibus cum nobilibus immediatis agit, eadem phrasi quoque usurpatur: "wie ihnen als christgläubigen Ritzern und Knechten des heiligen Reichs wohl anstehet zu thun" cf. etiam MOSERS Vermischte Nachrichten pag. 677-678.

§. 13.

Quid iam egerint, quomodo se gesserint equites, e Maximiliani litteris, anno 1501. ad Fridericum Electorem Saxoniae, regimenti imperialis vicarium, scriptis, quodammodo perspici potest p). Nobilitatem quidem Franconicam, omnia quae sibi proponerentur, vehementissime reiecisse, nos docent. Quamvis ceterarum nobilitatum nullam faciant mentionem, mihi que, horum temporum documenta perscrutanti, nihil de iis obvenerit, nullus tamen, quin eandem agendi normam sequutae sint, dubito.

Verisimiliter nobiles Franconici, ut e superioribus temporibus nobis constat, agmen duxere et reliqui eorum exemplum sunt imitati. Imperator, in primis aegre ferens, Franconiae nobiles modo ad principum partes transire communemque cum iis contra ipsum et imperium facere causam, modo autem ab his vexatos, ipsius praesidium atque tutelam implorare, apud se constituit iubere, eos cum mille equitibus bene instructis ac armatis, *imperii tamen sumtibus*, praesto esse debere q). Nullum equidem in documentis reprehendi vesti-

p) vid. HARPPRECHTS Archiv des Cammergerichts Th. 2. p. 157. §. 211. et p. 421. Nullibi epistolam, imperatori a regimento imperiali missam, qua exitus huius cum Franconicis equitibus negotii nunciatur, et ad quam ille in responsione sese refert, invenire potui.

q) Verba ipsa imperatoris huc transcribere iuvat: "aber nachdem sie allzeit anzeigen, daß sie ganz freye Francken seyen, und sich doch ietz der Fürsten, als ob die ihr Herren wären, gegen uns und dem heiligen Reich annehmen, und sich hinwiderum unser und des Reichs gegen

vestigium, utrum imperatoris voluntati morem gesserint, nec ne. In adnotationibus autem ad scriptum illud Württembergiae in puncto normativi imperii in den Reichsritterschaftlichen Streitigkeiten, quod anno 1750. die 24. Ianuarii ad dictaturam pervenit, locus huc pertinens, quem tamen multis dubiis expositum arbitror, sese mihi obtulit. Legimus ibi: imperiale regimentum cum nobilibus Suevicis, Franconicis, et Rhenanis de subsidio ad bellum contra infideles praestando, sine felici tamen successu, egisse: noluisse enim pecunia necessitatibus imperii subvenire. Tandem vero eos omnes in equestribus conventibus inter se convenisse, imperatori ad hocce bellum decem millia hominum sistere r).

S. 14.

gen den Fürsten, wo ihnen von denselben einig Bezwang begegnet, als ob sie nicht ihr Herren wären, zu behelfen, und also gegen uns und dem heiligen Reich und den Fürsten ganz frey zu seyn vermeinen, will uns bedüncken, dass dieser Weg ihnen zu einer Sraf und Gehorsam fürzunehmen sey, nemlich, sie aus denselben Ursachen darzu zu bringen, dass sie in des Reichs Ordinanz mie tausend Pferden, auf des Reichs Kosten, von Haur aus gerüst, gehorsam und gewärrig seyn. HARPPRECHT l. modo¹.

- r) In adnotationibus pag. 55. Auctor fontes, ex quibus hausit, non indicavit. Numerus, quem adfert, nimis audus mihi esse videtur. Facile vero error in eo commissus esse potest, ita ut, loco 10000, legi debeat 1000; et forsan accipi posset, hunc numerum, quantum illud Franconicorum equitum significare: sic omnia optime sibi responderent, et tantummodo, quid a Suevicis et Rhenanis equitibus actum esset, ignoraremus.

§. 14.

Quamquam in novissimis comitiis in sex annos communis denarius erat indictus, tamen etiam ante huius temporis lapsum in Coloniensibus comitiis anno 1505. prorsus abrogabatur. Imperator enim, ab ordinibus imperii, quorum maiori parti haec contribuendi ratio admodum invisa erat, auxilium ad ius succedendi in Hungria defendendum, petens ^{s)}, non poterat non, iis, nulla alia sub conditione id concedere volentibus, nisi prius communem denarium, *omnes provincias incolasque ad perniciem certe perducturum* ^{t)}, antiquasset, indulgere ^{u)}. Quo tributo sublato, equites immediati, per aliquot saltem annos, ab hac parte de pecuniariis rogationibus securos se putare poterant. — Consideremus vero, quales, tributis secundum matriculam impositis, imperator statusque erga nobilitatem immediatam sese praestiterint. Quum in comitiis Constantiensibus anno 1507. imperatori non solum tria millia equitum novemque millia peditum, sed etiam centum millia florenorum, quibus milites iamiam conducti sustentari possent, ad expeditionem romanam, tam ut Romae

coro-

- ^{s)} V. HÜBERLINS Reichshistorie Band IX. p. 306. N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 102-103. §. 1-7. HARPPRECHTS Archiv &c. Th. 2. p. 439. Matriculam hunc in finem confectam, cuius HARPPRECHTUS mentionem facit p. 251, neque in documentis huius libri, neque in novissima recessuum collectione inveni.
- ^{t)} V. MÜLLERS Teutschen Reichstagsstaat unter Max. I. Buch III. cap. XI. p. 487-489.
- ^{u)} N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 103. §. 8.

E

coronatio perageretur, quam Italicae provinciae, quae ab imperio Germanico defecerant, occuparentur, principibusque Italiae, Germanis adhaerentibus, auxilium praestaretur, concederentur *x*), matricula, quae cuivis imperii statui equitum peditumque numerum et symbolam pecuniae praescriberet *y*), confecta est. Ordinem quoque equestrem immediatum in ea, magno tamen cum discrimine, notatum invenimus. Nobilitati societatis clypei *St. Georgii in Hegovia*, nec non ei, quae ad castrum *Fridberg* pertinet, decem equites et duodecim

- x*) v. MÜLLER l. modo l. Buch IV. p. 617. 618. HÄBERLINS Reichshistorie Th. IX. p. 358. In recessu imperii numerus militum non est definitus. N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 112. §. 1. in f. Matricula quae l. c. p. 104 - III. invenitur, neque cum eo, quod ex ipso recessu liquet, neque cum eo, quod aliunde constat, convenit.
- y*) Principes autem hosce sumtus nullo modo e bonis cameralibus tantum praestabant, sed iure subcollestandi utebantur. v. N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 112. §. 8. MÜLLER l. modo c. Buch IV. pag. 619. §. 6. "Bey sothaner Verwilligung reservirten sich die Reichsstände, daß von demienigen, so dem Reich unmittelbar nicht unterworfen, ein ieder dem Reichsstande, unzer welchem er gehört, Beytrag thun solle. Idem quoque in recessu Augustano de a. 1510. statutum est. v. N. Samml. der R. A. Th. 2. pag. 133. §. 6. cf. praecipue HARTRECHTS Archiv des Cammergerichts p. 80. §. 81. p. 244. Nova ecce iuris subcollestandi, ordinibus imperii longe ante recessus de annis 1530. et 1548, competentis, vestigia! (cf. supra not. g. ad §. 5.) Licet status etiamnum aliquid e bonis cameralibus conferrent, quod posterioribus temporibus quoque in desuetudinem abiit, maxima tamen eiusmodi tributorum pars iam tunc in subditos devolvebatur.

eim pedites; nobilitati autem castris *Gelnhausen* quinque equites et quatuor pedites imponebantur. Quantum pecuniarium solummodo ab his duobus castris, ita ut prius, trecentos et sexaginta florenos, posterius, centum et quinquaginta conferret, efflagitatum est. In fine huius passus etiam totius ordinis equestris, qui feuda ab imperio habet, obiter mentio fit, absque accuratiore determinatione z).

Quin praevis consensus equitum, quibus in matricula hoc onus impositum est, doceri possit, admodum dubito. Imo, nihil ob stare videtur, quominus statuamus, rem ratione eorum similiter, atque superioribus temporibus, processisse. (cf. §. 6. not. m.) Quae sententia etiam eo valde corroboratur, quod nonnullis post annis, nimirum anno 1510., castro Fridberg ab imperatore, apud quem graviter erat conquestum, *sibi in novissimis comitiis in matricula quantum praestandum esse iniunctum*, confirmatio data est: nullum subsidium in usum imperii exigi debere, nisi lubenti ac benevolo animo sponteque consentiat a). Equestris ordo, qui

z) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 109.

a) v. LÜSTIGS Reichsarchiv part. spec. cont. 3. unter der Reichsritterschaft am Rhein p. 126. n. 98.: "dafs sie vermöge ihres alten Herkommens und Gebrauchs ausserhalb ihres guten Willens und ohne zinnliche Belohnung keinen Anschlag oder Hülf dem heiligen Reich zu leisten habe. Ad comitia Constantiensia castrenses non sunt convocati. Inter litteras quidem convocatorias, quae sub Max. I. iis pervenerunt, nullae ex hoc tempore inveniuntur. cf. acta iudic. in Sachen Waldbott von Bassenheim ctra die Burg Fridberg Beyl. B. p. 30.

qui feuda ab imperio tenet, eam ob rationem forsitan in matricula notatus invenitur, ne imperator cum eo de certo numero equitum peditumque suscipiendo amice agere, obvisceretur. Quis autem totius rei fuerit eventus propter documentorum silentium pro certo adfirmare nequeo. Probabilis mihi quidem est, neque a Caesaris parte cum nobilibus actum esse, neque hos aliquid dedisse *b*).

§. 15.

Per aliquot iam annos imperatoris animum ratio, Germaniae statum reformandi, maxime occupaverat. Quietem internam magis stabilire, ordines invicem arctius coniungere, legibus supremorumque iudiciorum sententiis maiorem auctoritatem ac vim conciliare, nec non omnibus contra externas invasiones securitatem procurare, ardentissime optabat. Modum ipsum, quo haec omnia optime perfici posse sperabat, quique eo, ut executionis ordinatio nova conderetur *et exercitus perpetuus quinquaginta millium hominum*, ab ordinibus in decem annos sustentandus, compararetur, tendebat, cum statibus communicaverat, ut ante comitiorum initium dili-

b) cf. Anmerkungen über das Württembergische Schreiben supra I. p. 56. "und half demnach nichts, daß man 1507. die Ritterschaft St. Georgi Schilds, die des Schlosses Fridberg und Gelnhausen, wie auch die gemeine Ritterschaft, so Lehen von dem Reiche tragen, mit in die damalige Hülffleistung gesetzt, weil doch mit der Ritterschaft besonders gehandelt werden müssen, und sonst nichts zu erhalten gewesen.

diligenter eum perpenderent ac pensarent c). Quamquam haec res in comitiis Trevirensibus et Coloniensibus (anno 1512.) propter statuum dissensum, tantos sumtus, ob bonorum cameralium miseram conditionem et subditorum ingentem paupertatem sustineri posse negantium d), ad optatos exitus pervehi non poterat, aliud tamen, magni etiam momenti, perficiebatur, nimirum, ut Germania, praecipue ad paratiorem defensionem, pacem internam tuendam et sententias camerales exsequendas in decem circulos divideretur, dum sex illis duodecim abhinc annis, *plane alio quidem consilio constitutis*, quatuor adiungebantur e). Et, quo certius ad propositum finem perveniretur, cuivis circulo capitaneus et nonnulli consiliarii

c) v. HARTFRECHTS Archiv des Cammergerichts Th. 3. p. 237-250.

d) HARTFRECHT l. c. Th. 3. p. 103. §. 105. p. 104. §. 106.

e) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 137. 138. §§. 6. 11. 12. Versuch einer Theorie von den Teutschen Reichskreisen p. 21. §. 18. MOESERS Staatsrecht Th. 26. p. 244. Divisio Germaniae in X circulos plenum effectum sub Carolo V. anno demum 1522. nata est. cf. Vorrede zur neuen Samml. der R. A. p. 25. §. 11. et modo l. Versuch p. 26. §. 21. p. 29. et 30. §. 24. Nobilitatis immediatae, neque in hac Germaniae in X. circulos divisione, neque a. 1522. quo praecise determinabatur, ad quemnam circulum quisque status esset referendus, mentio fit, quamquam societas clypei St. Georgii et nobilitas in Hegovia, inter personas, regimenti imperialis membra praesentantes, in regimenti ordinationibus de annis 1500 et 1521. commemorantur. cf. MADER. R. R. Magazin Band VII. p. 638. MOESERS Vermischte Nachrichten &c. p. 686. Eiusdem Staatsrecht Th. 31. p. 269. §. 84.

siliarii praeesse debebant, quibus summa istarum rerum cura incumbere. Ne vero necessitatibus emergentibus pecunia deesset, generale iterum tributum imponi placuit, quod vera communis denarii, licet, ut §. anteced: commemoravimus, abrogati, naturam habet. Quae quum ita sint, imperator statusque, qui memoriam anteriorum cum nobilibus immediatis de communi denario tractatum optime recordabantur, *iis ipsis tributum, quod de bonis aut redditibus suis penderent, imponere non ausi*, sese tunc iam contentos fore pronuntiabant, si modo subditos suos ad hocce vectigal solvendum compellere, haud detrectarent. Recessui itaque hunc passum inserebant: se confidere, nobilitatem immediatam, quae hucusque tam sanguinis profusione, quam alio modo, ad imperii tuitionem ac conservationem plurimum contulerit, etiam hoc tempore auxilium laturam et *subditos suos ad tributi pensionem secundum normam, aliis quoque praescriptam, compulsuram esse*. — Exactionem praeterea ipsi curarent, *et ex pecunia collecta, si opus esset, auctumentum sibi sumerent f)*. Simili fere modo Maximilianus, quum

f) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 139. §. 15. „— so setzen wir in keinen Zweifel, die Ritterschaft werde sich auch gutwillig erzeigen, und ihre Unterthanen oder Hintersassen in diesen vorgehenden Anschlag auch ziehen, denselben einbringen, und sich davon, so noth seyn wird, besolden. V. C. KERNERUS contendere videtur, a nobilibus ipsis etiam tributum exactum fuisse. v. Reichsritterschaftliches Staatsrecht Th. 3. p. 138. Huic autem adserto recessus omnino refragatur. Quomodo MOSERUS in Vermischten Nach-

quum exercitum perpetuum in certum tempus instituere, ut modo audivimus, in animo haberet, et, a nobilibus immediatis ut pars oneris etiam susciperetur, optaret, rem expresserat, quod illud iam supra laudatum documentum apud Harprechtum testatur g). — Quod ad modum ipsum exactionis attinet, sic eum determinatum invenimus. Quilibet eques immediatus in suo territorio duos ordinet commissarios, alterum de sua, alterum de subditorum parte; in singulo porro equestri circulo tres symbolarum collatores denominentur, qui pecuniam in equestribus territoriis *a subditis collectam* et a commissariis exhibitam, diligenter in arca, ad quam nulli alii

Nachrichten &c. p. 683. scribere possit: "wer den Anschlag formiren solle, wurde nicht gemeldet, und also der Reichsritterschaft überlassen, ob sie solchen 1) insgesammt oder 2) jedes Land (Franken, Schwaben und am Rhein) oder 3) jedes Vierthel oder 4) ieder von Adel, so Unterthanen hat, selbigen insbesondere machen solle und wolle" intelligere nequeo. Ex isto modo l. §., cuius epitomen dedi, tale quidquam haud deduci posse, equidem arbitror; nullum autem praeterea in omni recessu locum deprehendere potui, quo MOSERI sententia confirmaretur. Simpliciter §. disponit, illam normam, secundum quam a ceteris subditis civibusque communis denarius esset exigendus, ratione subditorum nobilitatis immediatae etiam debere observari.

g) HARPRECHT l. supra l. Th. 3. p. 245. "Wir achten auch, inquit imperator, daß auf die vom Adel, so ohne Mittel unter das Reich gehören, auch ein ziemlicher Anschlag gelegt, und mit ihnen davon gehandelt werde, *den sie selbst verdienen sollen, und darüber auch weiter empfahen, als die, so zu dem Kriege von Gort verordnet seyn, das heilige Reich zu beschützen und zu beschirmen.*

alii aditus pateat, conservent. Numquam, neque Caesari neque statibus, haec pecunia tradatur, sed in arcis eum in finem maneat recondita, ut, si opus fuerit, inde equites pro servitiorum praestatione stipendia habere possint g).

§. 16.

Quae si animo reputamus, imperatorem valde caute egisse et praeiudiciis nobilium mirum in modum indulgisse, non possumus non fateri. Qui quum enim pecuniariis subsidiis, quoties de iis actum erat, omni vi sese opposuissent et ad servitiorum personalium praestationem duntaxat se paratos declarassent, illud expectari poterat, necessitate cogente, ea ab iis, sine ulla tamen remuneratione, exactum iri. — At, ne hoc quidem facere audebat imperator, metuens, ne, si propriis sumtibus servitia essent peragenda, denegarentur. Quapropter, ut nobiles immediati in communi necessitate aliqua tamen ratione imperio utiles forent, optimum factu putabat, servitia personalia, *haud quidem gratis, sed stipendio promisso praestanda*, ab iis efflagitare. Ita etiam olim, ut supra observavimus, nobilitatem Franconicam cum mille equitibus, *sumtibus tamen imperii*, comparere iusserat; ita etiam, in commodum perpetui exercitus imperialis, omni nobilitati tributum quidem imponendum esse censuerat, hac vero ratione, *ut inde ei pro servitiis stipendium numeraretur*. Eadem igitur immunitas a tributo in his comitibus imposito nobilibus immediatis concessa est, quam electores, principes, tam

h) N., Samml. der R. A. Th. 2. p. 140. §. 24.

tam seculares, quam ecclesiastici, atque comites adsequuti erant, quippe qui propter alias faciendas impensas exenti declarabantur *l*).

Quamvis haudquaquam extra omnem dubitationem positum est, utrum nobilitas huic imperii concluso morigerata sit, nec ne, tamen nobis, tam quae a parte nobilium, quam quae a Caesare et statibus hucusque acta gesta que sunt, perpendicularibus, eam non esse renisam, persuasum est *k*). Sed, licet hoc ita sese habeat, admodum probabile est, exactiorem huius vectigalis aut numquam initium cepisse, aut tamen brevi desiisse et hanc quidem ob causam, quia nonnulla aderant obstacula, quominus egregium illud institutum, quod huic tributo ansam praebuerat, in consuetudinem abiret *l*).

§. 17.

Iam vero Maximilianum, sub quo ex iis inde comitiis, quae modo tractavimus, de nostro argumento nihil amplius obvenit,

- i*) v. N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 139 et 140. §§. 14. 27. p. 141. Tit. 3. §. 4. Civitatibus vero imperii aequae ac reliquis universitatibus tributum erat praescriptum. l. l. §. 13.
- k*) KÖHLERUS in Diss. de Subsidio charitativo nob. immed. dicit quidem: "frustra haec omnia fuisse constituta et postulata, eventus docuit." MADERI R. R. Magazin Th. 3. p. 236. At, obiter duntaxat totum argumentum pertractat et diversa tempora non satis distinguit.
- l*) cf. Versuch einer Theorie von den Reichskreisen p. 26 et 27. §. 21. Causae, quae executionem recessus remorabantur, ibi inveniuntur indicatae.

nit, quamquam in comitiis anno 1518. Augustae Vindelicorum habitis, nova quadam methodo, tributum, ita ut omnes sacrae synaxeos per aetatem compotes, ad solutionem decimae aurei solidi partis annuatim tenerentur, imperabatur, linquere et ad Caroli V. tempora nos convertere possemus, nisi quorundam adsertum commemorandum nobis esse videretur. Sunt nimirum, qui ante Maximilianum, aut tamen eo imperante, vestigia subsidii a nobilitate immediata imperatori praestiti occurrere, contendunt. Sic V. C. Haeberlinus scribit: «iam in nostro aevo — scilicet a temporibus Rudolphi I. usque ad Maximilianum I. — primordia subsidii charitativi, subsequenti tempore Caesaribus saepe praestiti occurrunt m),» suamque thesin documento quodam de anno 1252. confirmare enittitur n). Iam ex solo anni numero huius diplomatis colligi licet, quod eo probare studeat, falsum esse. Quo ipso vero perfecto, admodum difficile est intellectu, qua ratione id pro sua sententia adferre potuerit, quum hanc rem ne verbo quidem attingat o). Similiter Sattlerum, qui sub Maximilia-

no

m) HÄBERLINI Thes. inaug. de statu iuribus ac privilegiis nobilitatis imm. Th. 24. in MOSERS Beyträgen zu reichsritterschaftl. Sachen pag. 682.

n) LÜNTGS Reichsarchiv Tom. XII. Sect. 3. p. 101. «König Wilhelms Diploma: Dass die Burgmannen zu Fridberg bey Heerzügen keine Heersteuer geben, auch wider ihren Willen nicht mit zu Felde ziehen dürfen.

o) Verba documenti sic se habent: «hanc gratiam ipsis castrensibus — indulgentes, ut si ire contigerit nos ad partes cum exercitu trans-

no I. nobilitatem immediatam subsidia charitativa praestitisse nullis argumentis in medium prolatis contendit, errorem commississe arbitratur. Non diutius autem huic rei immoremur; quae enim a nobis in §§. antecedentibus, satis adcurate, ut quidem opinamur, exposita sunt, optime eiusmodi adserta refellere valent.

§. 18.

Ad ea iam magis magisque accedimus tempora, quibus nobiles immediati pecuniariorum subsidiorum praestationi, cui toties felicissimo successu reluctati erant, resistere non amplius pollebant.

Sub Carolo V. primum Caesareorum commissariorum rogationi cesserunt. Licet initio nonnullis equitibus haec facilitas admodum periculosa ac damnosa videretur, eventus tamen, maxima eaque gravissima inde in eos redundasse commoda, manifeste docuit. Quum enim eo paulatim perducta esset res, ut imperatores, cogente necessitate, non imperii nomine, sed proprio, ordinibus in partem haud vocatis, per commissarios cum nobilitate immediata de subsidio certo concedendo agerent, et hoc sibi tantum vindicarent, aliter fieri non potuit, quin nobilitas novum eumque potentem ac fortem defensorem tutoremque contra oppressiones atque iniurias

transmontanas, *nullum ius, quod hörstnere dicitur, nobis dabunt, neque nobiscum ibunt in expeditione nisi, fuerit de ipsorum bene placito voluntas.* cf. quoque MOSER in MADERS Magazin Th. 2. pag. 198.

rias quorundam principum, qui ardentissime eam pessumda-
re optabant, nancisceretur. Nisi res ita cecidisset, quis scit,
num ordo equestris ad tantum unquam pervenisset fastigium!

Sed missa haec faciamus, et potius, quo ordine, qua
ratione, ea, quae ad nostrum argumentum spectant, sub Ca-
rolo V. evenerint, inquirere pergamus.

§. 19.

Quae e primis Caroli V. regnantis temporibus, de subsi-
dio a nobilitate immediata efflagitato comperta habemus, per-
exigui quidem sunt momenti, attamen etiam pauca illa frag-
menta, quibus nostrae causae maior forsitan lux adfulgere
potest, colligere atque connectere haud dedignemur.

Quoties imperator in prioribus comitiis ordinis imperii
auxilium rogaret, toties inter hos usu receptos modos tributa
imponendi, ille secundum matriculam, huic secundum com-
munem denarium praeferebatur. Plurimi enim statuum sem-
per illum magis amplectebantur, quam hunc, quoniam hoc, ii
ipsi, illo vero subditi potissimum premebantur. Quantopere
communem denarium oderint, paulo infra, hoc tributo prop-
ter incommoda cum matriculis coniuncta iterum adhibito, de-
clarandi, commoda nobis sese praebebit occasio. Nullus fere
anno 1544. extitit princeps, quin in communem denarium ve-
hementissime declamaret, eum pestem, perniciem atque rui-
nam principum potentiorumque adpellans, quem ii duntaxat,
qui auram popularem quaererent, omne conditionis ac digni-
tatis

tatis discrimen abolendum, et inaequalitatem penitus tollendam censerent, machinarentur.

In matricula in comitiis Wormatiensibus a. 1521. ad expeditionem romanam concepta, qua quot equites peditesque quisque status ad eam sisteret, definitur, et quae, quantumvis errorum ac mendorum sit plena, unde tot statuum perpetuae querimoniae sunt ortae, usque ad nostrum diem, quoties secundum *menses romanos* tributa decernuntur, normam symbolae a quovis conferendae exhibet *p*), nobilitatis immediatae eodem fere modo, atque in recessu Constantiensi de a. 1507., (cf. §. 14.) fit mentio. Nobiles societatis Clypei St. Georgii ut et omnis equestris ordo, qui feuda ab imperio tenet, tantummodo commemorantur, nullo copiarum numero praescripto. Nobilibus autem castrorum Fridberg et Gelnhausen aliter accidit; illis enim 10 equites, et 45 pedites, his 4 equites et 18 pedites imponuntur *q*). — Quae supra, Constantiensium comitiarum occasione, hac de re a nobis tradita sunt, hic etiam valent; quapropter non opus est, ut diutius huic rei immoremur. Expeditione romana ad exitum non perducta, nullus istorum viginti millium peditum et quatuor millium equitum imperatori concessorum
usus

p) cf. MAIERI weltl. Staatsrecht Th. 2. p. 279. LANGII historische Entwicklung der deutschen Steuerverfassung p. 185.

q) GERSTLACHERI Handbuch der deutschen Reichsgesetze Band 2. pag. 814. N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 220.



usus fiebat. Quum vero a Turcis ingens periculum imperatori immineret, dum in Hungariam, Belgradia expugnata, proruperant, ille in comitiis Norimbergensibus (anno 1522.) proposuit: annon copiae ad romanam expeditionem concessae contra Turcas adhiberi possent? — Ordines, hac re ulteriorem deliberationem poscente, ad festinans auxilium, pecuniarium nimirum, quod deinde de quanto, in novissima matricula praefinito, esset detrahendum, sese propensos declarabant r). Nobilium immediatorum in nulla, neque huius, neque plurium subsequantium recessuum parte mentio occurrit; quod tantopere mirari non debemus, quum in iis, Norimbergensem excipientibus, ratione subsidii contra Turcas promissi, re adcurate inspecta, nihil novi obveniat, sed ea tantum, quae Norimbergae statuta erant, repetantur s), Norimbergensis vero recessus Wormatiensem respiciat.

§. 20.

Imperatorem autem intra illud tempus haudquaquam fuisse otiosum, sed potius cum omni nobilitate immediata, quam matricula Wormatiensis generatim tantum notaverat, de subsidio quodam praestando egisse, ex eventu coniiicere possumus.

r) v. cit. Sammlung Th. 2. p. 245. §§. 12. 13. 14.

s) cf. recessus imperii de annis 1522. 1524. et 1526. Status admodum morosos se praebebant, quod praecipue multae actiones fiscales tunc temporis contra eos institutae, probant. Magna principum pars remotum illud periculum parum curabat, rusticorum seditionibus nimis occupata.

mus. Neque omni felici successu est destitutus. Nobilitas enim ad nigram sylvam caesareorum commissariorum rogationi morem gessit, quod rescriptum a Caesare illi missum demonstrat, quo, ut residuam partem subsidii commissariis promissi pendat, admonetur. In alio insuper documento imperator, praestationem nullatenus eius immunitati, libertati, ac consuetudinibus damno fore, sancte pollicetur, patrociniumque suum simul profitetur *t*). Quum igitur secundum documenta laudata haud ambigendum sit, a. 1528. partem nobilitatis Suevicæ imperatori subsidium pecuniarium dedisse, quomodo V. C. KERNERUS in contrariam se vertere possit partem *u*), concipere nequimus. Nullum licet exstet diploma, quod, similes tractatus cum ceteris nobilibus institutos esse, declarat, sententiæ tamen affirmatiivæ magis, quam negativæ adsentiri cogimur. Reliquos imperatoris voluntati obsequium præstare noluisse, a veritate non abhorret. — Nunc vero nobis hæc quaestio non omnino indigna videtur, quam paululum inquiramus: qua ratione subsidium, ab hac nobilitatis Suevicæ parte imperatori solum, coactum fuerit? Tres cogitari pos-

sunt

- 1) V. BURGERMEISTERI cod. dipl. T. I. part. 2. p. 413. Vertheidigte Freiheit und Unmittelbarkeit &c. Th. I. Abs. 2. p. 500. MOSER von den teutschen Reichsständen p. 135f. HÄBERLINS Reichshistorie Band IX. p. 429.
- 2) KERNERS Staatsrecht der Reichsritterschaft Th. 3. p. 14f. Anno demum 1532. nobilitatem Suevicam et Franconicam imperatori subsidium concessisse, adserit. In nota allegat quidem MOSERUM, subsidii de anno 1528. mentionem facientem, adiicit autem, cum nullo probationem adferre.

sunt viae. Aut enim nobiles ipsi e bonis suis propriis, e dominio privato, id praestiterunt, aut omne onus subditis impositum est, aut utraque pars, licet inaequaliter, concurrat. Ex analogia decisio huius quaestionis in primis petenda est. Ordines imperii, tributis secundum matriculam decretis, iure subcollectandi utebantur, quo maxima oneris pars in subditos devolvebatur. Quorum exemplum nobiles tunc temporis in hac praestatione imitatos esse, persuasum mihi habeo. Quidni etiam similiter atque status procederent, quum in eundem finem, ad tuitionem ac conservationem imperii, tributum Caesari penderent? Multis quidem constat exemplis, equites saeculo XV. nec non in prima parte saec. XVI. e propriis bonis redditibusque impendia, quae societatum ac foederum, quae inierant, faciebat sustentatio *x*), praestitisse; sed tamen permagnum inter has et illas impensas aderat discrimen, ita, ut etiam prorsus diversa intuitu earum optimo iure eligi posset ratio. Pedetentim quidem res eo mutata est, ut cum subsidia, quae imperatori solvuntur, tum tributa, quae conservatio atque sustentatio ipsius consociationis equestris requirit, in omni-

x) v. e. g. unionem contra Abbatiscehanos d. a. 1407. (in *BÜRGERMEISTERI* cod. dipl. T. I. p. 8.) repetitam unionem contra eosdem de a. 1408. (l. l. p. 7.) unionem clypei St. Georgiani d. a. 1463. (l. l. p. 47.) unionem Kocheranam d. a. 1488. (l. l. p. 87.) renovatam unionem societatis clypei St. Georgiani d. a. 1512. (cod. p. 145.) De iure collectandi nobilitatis immediatae cf. *MADERI* R. R. Magazin B. 8. p. 63. in primis §§. 8. 9. 15.

omnibus *fere* circulis equestribus secundum eandem habeantur normam *y*).

§. 21.

Turcis maiores progressus in dies facientibus, qui praecipue imperatori et quibusdam principibus magnum iniiciebant terrorem, in comitiis Augustanis (a. 1530.) ingentem eumque formidabilem illico conscribi exercitum a nonnullis quidem resolvebatur; religionis vero dissidium, statuum protestantium dissensus, aliaque obstacula in causa erant, ut hac de re iterum esset deliberandum. Quapropter festinans tantum praestari subsidium placuit, de quo tamen in comitiis Ratisbonensibus (1532.) denuo ordines erant admonendi. Quamquam nobilitas immediata in utroque recessu ne verbo quidem commemoratur, tamen imperator prospero illo successu incitatus, separatim, absque statibus, cum ea de subsidio pecuniario pactionem inire apud se constituit. Nobiles igitur Suevicos litteris, quibus auxilium petiit, certiores fecit: Turcas Hungariam iam adsequutos et brevi in Austriacas terras impetum esse facturos, ut Christianos omnes Germanamque nationem funditus exstirparent. Magno, ad urgens illud peri-

g) cf. MADERI Magaz. l. c. §. 15. p. 87.: " — Vielleicht giebt's Ritter-Cantone, besonders im Rheinischen Ritter-Kreise — wo das herrschaftliche Privateigenthum eben so wie die Güter der Unterthanen dem Schatzungs-Recht unterworfen sind. Allein im Schwäbischen und Fränkischen Ritterkreise verhält sich dieses, so viel ich weiss, ganz anders. Hier sind das Schloß und die dazu gehörigen Güter eines Ritters steuerfrei: nur auf dem Unterthan und dessen Gütern ruht die Schatzung."

G

periculum avertendum, opus esse auxilio. Ab ordinibus imperii efflagitatum atque concessum subsidium nulla ratione satisfacere; ut ergo reliqui etiam pro viribus adiuvent, necesse esse. Velle itaque se, ut nobiles Suevici, quos fideles subditos bonosque Christianos putet, aut ipsi, aut per mandatarios satis instructos, ante diem XXVI. mensis Iulii Ehingam conveniant, ut cum iis per commissarios de auxilii praestatione ibi agi possit 2).

Similis tenoris litteras etiam nobilitas Franconica accepit, quibus ante diem XXVI. mensis Iulii Schweinfurtum, ad caesaream rogationem audiendam, venire iubebatur a). — Eiusmodi quidem rescriptum nobilibus Rhenanis missum, nullibi deprehendere valui; nihilominus tamen, quodam documento, in quod incidi, adducor, ut statuam, imperatorem eos aequae ac reliquos nobiles immediatos per litteras subsidii praestandi commonefecisse b), quae vero aut temporis iniuria deperditae sunt, aut in archivo reconditae iacent.

§. 22.

- 2) cf. BURGERMEISTERI cod. dipl. T. I. pars 2. p. 405 - 406. LÜNING Reichsarchiv part. spec. cont. 3. unter der Reichsritterschaft in Schwaben p. 22.
- a) LÜNING l. l. unter der Reichsritterschaft in Francken p. 308. n. 140. MADERI R. R. Magazin Th. 3. p. 273.
- b) cf. Deduction: "Dass die Burg Fridberg von der Mittel-Rheinisch-Wetterauischen R. R. kein Mitglied, in possessione antiquissima et recentissima collectandi subditos befangen &c. Inter documenta adinventa tale occurrit: Extract aus der Burg Fridberg Raths-Protocoll p. 176. Mittwochs nach Burkardi 1532. "Nach gemeiner Umfrage, im Beyseyn der Burgmannen, ist beschlossen, dass man sich

in

§. 22.

Equites quatuor Suevicorum tractuum in conventu equestri Ehingae habito, commissariorum rogatione audita, certum copiarum numerum, quas propriis sumptibus conducere atque sustentare vellent, ad imperatoris exercitum mittere, decreverunt. Quum autem postea, quot promiserant milites, tam repente comparare non pollerent, partim milites exhibere, partim vero non exiguam pecuniae summam persolvere statuerunt c). Quo facto, a Ferdinando, rege Romanorum, qui tali obsequio mirum in modum laetabatur, nomine imperatoris litteras reversales, indulgentissime ac clementissime conceptas acceperunt, quibus, hanc praestationem immunitatibus,

in des Reichs Auflage und der ieszigen Türcken Anlage nichts begeben könne, sondern sich der herbrachten und confirmirten Freiheiten zu gebrauchen. Quod Documentum praesupponere videtur, castrens esse rogatos, ut ad bellum contra Turcas gerendum subsidium darent. Porro argumentationem inde facio, idem ratione totius nobilitatis Rhenanae evenisse. Plerumque imperator his temporibus, uti plura exempla demonstrant, quoties de subsidio cum nobilibus Rhenanis agendum erat, Burggravium Fridbergensem et nonnullos alios commissarios ordinare solebat, quod fortasse etiam hac vice accidit.

- c) Pecunia soluta in summam 31000. florenorum excurrere vid. BURGERMEISTERI thesaurum iuris equestris Tom. I. p. 774. et Tom. 2. p. 268. u. 53. qui tamen p. 774 hanc summam ad nobilitatem Suevicam haud restringit, quod omnino faciendum est. Pecunia imperatori immediate exhibita esse videtur cf. KERNERI R. R. Staatsrecht Th. 3. p. 141.

tibus, privilegiis ac consuetudinibus ipsorum nullo modo periculosam fore promisit *d*). Qui memoria, quantopere olim Sueviae nobiles hisce subsidiis se opposuerunt, quam odiosa ipsis fuere, tenet, mirabitur fortasse, quod eos nunc adeo obediētes tamque indulgentes inveniāt. Permagnum autem in deliberationem et consilia capessenda momentum atque pondus instans foederis Suevici finis habuisse videtur, indeque mihi hanc eorum facilitatem explico *e*). Quo enim dissoluto, contra potentiorum principum iniurias et oppressiones magno gravique orbatī erant praesidio. Utilissimum igitur, novum sibi conciliare defensorem, rati sunt. Et quam ratione magis imperatorem sibi obstringere poterant, quam concedendo ipsi copias pecuniamque?

Ad nobilitatem Franconicam quod attinet, nullum vestigium neque conclusi in congregatione Schweinfurtensi facti, neque litterarum reversalium deprehendi. In dubium itaque vocari posset, an caesareis commissariis obsequium praestiterit? Propter subsequētia tamen tempora, cognitum perspicuum est.

d) BURGERMEISTERI cod. dipl. T. I. part. 2. p. 407. MADERI R. R. Magaz. Th. 3. p. 276.

e) MOSERS Vermischte Nachrichten &c. p. 943. §. 39. Suevicum foedus, quod ab a. 1488. in magnam Germaniae utilitatem, dum exercitu novem millium peditum et mille ducentorum equitum, quem numerum alii etiam adaugent, ut HARPPRECHTUS in Archiv des Cammergerichts Th. 2. p. 184., ad publicam tranquillitatem tuendam plurimum conferebat, exstiterat, desiit anno 1533. Societas clypei St. Georgii, eo dissoluto, continuata est, quod a quibusdam sine ratione in dubium vocatur.

etumque habemus, eam similiter atque Suevicam subsidium concessisse. Quin tam Suevici quam Franconici nobiles eandem methodum hoc subsidium cogendi sequuti sint, qua de nostra sententia iam anno 1528. nobilitas ad sylvam nigram usa est, nullum nobis adest dubium.

Rhenani equites illorum exemplum haud imitantes, pristinae libertati atque immunitati graviter inhaesisse, omnemque auxilii praestationem imperatori denegasse videntur, quod documento in not. b. ad §. anteced. laudato, potissimum probare conamur. Aliud porro accedit documentum, quod quidem non hoc sed subsequens tempus amplectitur, quo etiam sententia nostra aliquantulum muniri atque corroborari potest *f*).

§. 25.

Quod dicitur: exempla ubi semel incipiunt numquam desinunt, vere hic accidit. Ferdinandus enim, cui semel res

f) Anno 1537. imperator burgravio Fridbergensi et duobus aliis mandabat, ut cum nobilitate Rhenana atque castris Fridberg et Gelnhausen de subsidio contra Turcas agerent. v. MOSERS Staatsarchiv 1751. Th. 2. p. 42. Castrum Fridberg autem nihil concessit cf. Burg Fridberg. Deduction n. 31. p. 76.: Gleichmässiger Extract aus eben dem Rathsbuche. Mittwochs nach Iudica 1537. "Königlichen Majestät soll der Türkischen Hülff halben geschrieben werden, mit Anzeige hergebrachter Privilegien, und dass man sich keiner Steuer oder Hülff aus Pflicht bewilligen könne, alles zu Handhabung der Burg hergebrachten bemeldeten Privilegien." Nobilitatem Rhenanam usque ad annum 1542. sibi veterem immunitatem conservasse, persuasum nobis est.

cum nobilibus immediatis, certe cum Suevicis, et, ut nobis quidem persuasum est, etiam cum Franconicis, ex voto successerat, non defuit, quin iterum, bello Turcico nova adiumenta requirente, cum eos, qui nuper obedientes se praebeuerant, tum in primis reliquos, qui obstinate suam immunitatem defenderant, ad subsidium dandum, imperatoris nomine commovere tentaret. Postquam igitur status in comitiis Ratisbonensibus (a. 1541.) in tres aut ad summum quatuor menses dimidiam partem quanti in matricula illa Wormatiensi ad expeditionem romanam praescripti in se susceperant, ita tamen, ut non copias ipsas exhiberent sed pecuniam, pro quovis milite in singulos menses determinatam, penderent; Ferdinandus ad omnem ordinem equestrem delegavit commissarios *de communi*, ut legimus in documento hac de re exstante, *denario g)* cum eo agentes.

Quo

g) In recessu ipso Ratisbonensi nihil quidem de communi denario invenitur sancitum: quum vero Ferdinandus nihilominus eum ab ordine equestri efflagitet, illa cogitatione excidere nequeo, recessum secundarium (Neben-Abschied) simul Ratisbonae conditum, qui typis quidem exscriptus non exstat (v. HÄBERLINS Reichsgeschichte Th. XII. p. 273.); cuius tamen in recessu principali mentio fit (N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 439. §. 60.), formulam communis denarii continere. Paragrapho enim 60. l. c. dicitur: "so haben wir uns mit gemeinen Ständen *von wegen der beharrlichen Hülff* unterredet, und mit ihnen solcher Hülff halben verglichen und entschlossen, *wie solcher in einer sondern Schrift neben diesen Abschied aufgerichtet, begriffen ist.* Secundum ea itaque, quae in hoc recessu in futurum disposita erant, Ferdinandus, nova comitia

Quo facto, Suevici et Franconici nobiles Norimbergam deputatos miserunt, qui cum rege Romanorum transigerent.

An Rhenani etiam nobiles imperatori pecuniarium subsidium dederint, haudquaquam expedita et aperta res est. Quamvis enim ex rescripto a Ferdinando ad Burggravium Fridbergensem et Berchtoldum de Flörsheim, caesareos commissarios, misso, quo, communem denarium Rhenanorum nobilium ut et castrorum Fridberg et Gelnhausen, datis litteris reversalibus, quales ceteris equitibus post perfectam Norimbergensem transactionem essent concessae, accipere et quamprimum Ulmensi magistratui mittere iubentur *h*), concludi

poscomitia non expectans, sine mora cum nobilibus egisse videtur. In proximis comitiis Spirensibus illa formula probabiliter retractata et tum demum vim legis nata est.

h) cf. MADERI R. R. Magazin Band I. p. 565. Burg Fridbergische Deduktion &c. n. 32. p. 76. Rescripti huius de VIII. Septbr. 1541. ad commissarios missi, passus memorabiles huc transcribere non supervacaneum erit: "und nachdem nun beyde Ritterschaften und Adel der Land zu Francken und Schwaben, auf dergleichen unser Schreiben damahlen auch an sie beschehen, ihre verordnete Ausschüsse zu uns gen Nürnberg verordnet, haben wir uns ihres eingebrachten gemeinen Pfenning, auch der Schadloss-Brief, Obligation und Versicherung halben mit denselben gnädiglich vereint und verglichen. Dieweil wir nun — in gar kein Zweifel stellen, die Ritterschaften und Adel am Rhein, auch der Burg Fridberg und Gelnhausen, werden ihren eingebrachten gemeinen Pfenning zu diesem nothwendigen christlichen Werck nicht weniger als die andern freyen Ritterschaften und Adel im Reich auch gutwillig folgen lassen; so ist unser Begehrt und Befehl an euch, dass ihr solchen gemeinen Pfen-

posset, nobilitatem Rhenanam in exactionem huius tributi consensisse; tamen mihi, quae sequente anno acta sunt, consideranti ac ponderanti, litterasque, a rege Romanorum tunc datas inspicienti, veritati magis convenire videtur, eam nihil praestitisse *i*).

§. 24.

Post longum temporis intervallum denuo communem denarium, de quo, uti in not. g. §phi antecedentis observavi, verisimiliter iam anno praeterito deliberatum erat, introducere imperator statusque in comitiis Spirensibus (a. 1542.) constituerunt. Non varii solum iique momentosi matriculae Wormatiensis defectus, quique pro tali instituto pedetentim ita aucti erant, ut retractatio non sine magna temporis iactura multoque labore procederet, sed ingens etiam egestas et misera conditio, qua rustici ceterique id genus homines premebantur, illam rationem, tributa secundum matriculam indidendi, linqere et communem potius denarium amplecti suadebant. Potentioribus atque ditioribus secundum regulas saanae politicae, onus prae aliis hac vice impositum est; omnium enim gultarum, censuum atque redituum decimam, (dum quinquaginta florenorum gultae censusque sortem mille florenorum aequiparabant, singulis autem millenis quinque incum-

Pfenning — — in unsern Nahmen ersucht und ihnen, gegen Erlegung alles ihres eingebrachten Geldes, unser Schadlosbrief und Obligation zustellet."

i) v. MOSER von den teutschen Reichsständen p. 1351.

incumbebant floreni) et praeterea de singulis centenis reliquorum bonorum dimidiam floreni partem conferre tenebantur *k*). Desuper immediatis expresse, ius subcollectandi exercere interdiceretur, ne duplici onere subditi adficerentur; quod quidem praeceptum secundum naturam etque indolem huius vectigalis prorsus supervacaneum fuisset, experientia tamen necessarium factum fuisse videtur *l*).

§. 25.

Tam vero, quid ratione nobilium immediatorum speciatim cautum sit, observemus. Imperator atque status, illud principium, eos sine libero consensu ad pensionem huius tributi non obstringi, probe observantes, in recessu ita sanxerunt: cum iis, in conventibus idcirco instituendis esse agendum, ut in hoc generale et aequale vectigal, *de suis* et subditorum suorum facultatibus solvendum, salva tamen pristina exemptione, consentire velint *m*). Arbitrio eorum etiam permissum esse declarabant: utrum aequae ac comites immediati praelatique pecuniam per receptores collectam, statim circularum arcis tradere vellent, an in quovis circulo equestri proprios symbolarum collectores ordinare, propriasque arcas, quibus initio collationes custodirentur, instituere, et tum denique omnem pecuniam circularibus arcis exhibere mallet, clavibus tamen ad

k) N. Samml. der R. A. Th. 2. p. 454. §§. 53. 51.

l) modo l. Samml. Th. 2. p. 456. §. 66. Neque huic loco §. 69. repugnat, quod facile statui potest.

m) N. Samml. der R. A. l. modo l. §. 58.

ad eas sibi concessis, nec non facultate data ad electionem sex generalium receptorum in quovis circulo arcis praepositorum, concurrendi *n*).

Difficillimum sane factu esse videbatur, nobiles Rhenarios, qui hucusque fortiter sese opposuerant, commovere. At, quum commissarii caesarei Wormatae cum iis amice tractarent, res praeter omnem spem felicem nacta est exitum. Finita enim deliberatione, nobiles imperatori ita responderunt: se proavosque quidem ab eiusmodi pensionibus semper fuisse immunes; nihilominus tamen, propter magnum periculum, quod a Turcis instet, illud tributum, secundum reliquorum exemplum, nunc esse praestituros; sperare autem atque confidere, nihil inde praeiudicii detrimentive suae libertati atque immunitati posse oriri *o*).

Paulo post, arcas equestres Fridbergae, Oppenheimii et Spirae instituerunt atque exactores denominarunt, qui, praeterlapso termino exactioni praefixo, rationes inter se conferrent, pecuniam collectam computarent, religioseque in arcis adservarent. *Capitaneis* tantum, quibus supremam huius rei curam demandaverant, de illa pecunia ad necessarios equestres sumtus, aliquam summam, quae tamen rationibus esset inferenda, retinere concedebant *p*).

Quam

n) l. c. §§. 89. 90. 91. 94. 58. 98.

o) cf. *BÜRGERMEISTERI* bibl. equest. Tom. I. p. 309. Burg Fridberg. Deduction n. 36. p. 81. *MADERI* R. R. Magaz. Th. 3. p. 278.

p) v. Deduction die Steuer-Befugnisse in dem Gericht Staden betreffend p. 36. und Beyl. litt. S. p. 34. *MADERI* Magaz. Th. 3. p. 121. et 122. *MOSERS* Staatsarchiv 1751. Th. 3. p. 7.

Quam grata Ferdinando illa equitum fuerit responsio, optime perspicitur ex rescripto ad commissarios, quo eos, ut in celerem exactionem communis denarii omnem operam insu- mant, enixe rogat *q*). Ut omni autem nobiles liberarentur metu periculi ex hoc obsequio imminentis, litteras iis reversales de- dit, quibus, plena eos hucusque a tali vectigali gavisos fuisse ex- emptione, seque haud velle, ut ex hac, quam iam praebeant, facilitate, ulla ratione incommo- dum aut damnum redundet, testabatur; lubenter se igitur eorum immunitatem, libertatem atque consuetudines confirmare, easque firmiter esse conser- vaturum, sancte polliceri *r*).

Quod facile praevideri poterat, nobiles Suevicos et Fran- conicos commissariorum petitioni haud esse refragaturos, ac- cidit. Indicio sunt litterae, quae exstant reversales *s*). Si- militer atque Rhenani propriis arcibus utebantur, capitaneisque supremam custodiam committebant.

- q*) MADERI R. R. Magaz. Th. I. p. 569. n. 2. BURGERMEISTERI bibl. equest. T. I. p. 310. Burg Fridberg. Deduction n. 33. p. 77.
r) LÜNIGS Reichsarchiv part. spec. cont. 3. unter der Reichsritterschaft am Rheinstrom p. 6. Burg Fridberg. Deduction n. 38. p. 82.
s) Litterae Suevicis nobilibus datae, inveniuntur in LÜNIGS Reichsarchiv I. c. R. R. in Schwaben p. 24. n. 3. et BURGERMEISTERI cod. dipl. T. I. part. 2. p. 409. Litterae Franconicis missae, exstant apud LÜNIG I. c. R. R. in Francken p. 310. n. 142.

Finis primae partis huius commentationis.





Rh 2156

4^o


1018

ULB Halle 3
007 411 707



mt





COMMENTATIONIS HISTORICO - JURIDICAE
DE
SUBSIDIO
CHARITATIVO NOBILITATIS
S. R. I. LIBERAE ATQUE IMMEDIATAE

PARS PRIMA.

AUCTORE
IUSTO CHRISTOPHORO LEIST
IURIS UTRIVSQUE DOCTORE.

Hac casti maneant in religione nepotes.
Virg.

GOTTINGAE,
typis IOANNIS GEORGII ROSENBUSCH
Acad. Typogr.

